

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Johann Benedict Carpzov Franz Wolpmann

**[...] Exercitatio Sacra De Filio Hominis Ad Antiquum Dierum Delato, ad visionem
Danielis c. VII, 13. 14.**

Lipsiae: Hahnus, 1679

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn788375997>

Druck Freier  Zugang



32

Fa-1092(32)

XIII.

בְּשׁוֹךְ רָקֶבֶת
כְּבָר אֲגַשׁ :
EXERCITATIO SACRA
DE
FILIO HOMINIS
AD ANTIQVUM DIE-
RUM DELATO,
ad visionem Danielis c. VII, 13. 14.


Consensu Maximè Reverendæ Faculta-
tis Theologicæ in Academiâ
Lipsiensi,

PRÆSIDE
DN. JO. BENEDICTO CARPZOV,
SS. Theol. Doct. ejusdemq; Facultatis Assessore,
Ling. S. Prof. Publ. & ad D. Thomæ
Ecclesiaste,
publicæ ventilationi ad d. XII X. Martii
M DC LXXIX.

P. P.
in Auditorio Theologorum Paulino,

à
FRANCISCO WOLPMAN, Brem.

LIPSIÆ,
Typis JOHANNIS-ERICI HAHNII.





בעורך המלמר לארכ רעה:



Væstio pridem Christianis Doctoribus contra Judæos mota est, an Daniel inter Prophetas numerandys? qvippe qvem Judæi ex Prophetarum numero excludere videbantur, qvando ejus librum ad Hagiographorum classem Prophetis contradistinctam retulere. Cæterum notissima qvidem est distinctio librorum Biblicorum omnibus Hebræorum Rabbinis comprobata, in תורה Legem, נביאים Prophetas, & Hagiographa, qvam non pauci Christianorum interpretum CHRISTUM quoqve haut improbasse, ex Luc. XXIV, 44. non abs re colligunt; hinc tamen perindè non seqvitur, eos, qvorum scripta in Hagiographorum classe reponuntur, à Judæis negari esse Prophetas, qvam nemo facilè dixerit, exindè, qvòd Lex à Prophetis distingvatur, Mosen ejus autorem, qvem Prophetarum Principem & Patrem omnes sanctè venerantur, Prophetam non esse. Qvare, ipse R. Moses Majemonides part. II. More Neboch. Cap. XLV. f. CXXII. col. 1. & in Buxtorfii versione pag. 319. cùm de distinctis prophetiæ gradibus disputat, deqve gradu secundo, qvo hagiographa putat edita, egisset, ac Danielem, medium inter Proverbia, Ecclesiasten, Psalmos, Ruth & Estherem disposuisset, disertè monet: אלו גָּסְטָן בְּכָל נְבִיאִים ipsi verò illi etiam generatim Prophetæ vocantur. De qvâ re ex instituto, Danielis præser-tim causam agens, R. Abarbanel Comm. in Daniel. font. II. palm. I. f. XVI. col. 3. seqq. Nobis eò minus de hoc dubium, qyò clarius ipsum novimus à CHRISTO Prophetam sa-

A 2

lutari

35.

36.

37.

38.

39.

lutari Matth. XXIV, 15. De CHRISTO sanè clarissimè vaticinatur, ut hinc in admirationem ejus raptus Cunæus lib. III. de Republ. Hebr. cap. VII. p. 336. scripserit, vaticinandi virtute neminem præ Daniele esse. Docet enim, inquit, qvo tempore sit venturus Messias, & regum edifferit sequentium seriem, annosqve numerat; & ne quid desit, etiam prænuntia addit signa. Fateor, me qvoque ejus avthenticum & Canonicum Codicem mirum in modum delectasse, ut, cùm sacra biblia meritò mea à puerò deliciæ fuerint, in primis tamen me amore sui tenuerit Daniel, cui idcirco primitias studiorum sacrorum dicare decrevi, Academæ, qvæ me hucusqve fovit, valedicturus. Expendere placet ejus Oraculum Capite VII, 13. 14. de qvo magnificè sentit Pet. Molinæus lib. IV. Vatis c. XXIII. p. 345. Hac propheetiâ, inquit, nulla est illustrior, aut plura pandens mysteria. At qve haud scio, an in toto veteri Testamento Caput ullum inventiatur præstantius, & majori cum curâ expendendum. Videtur Daniel sublimiori qvodam afflatu correptus, penetravisse in arcana divina, ad fidem Christianam pertinentia. Ex hoc capite Christus sumpsit titulum, qvo ipse se freqventer nuncupat, se vocans Filium Hominis. Innuens se esse illum Filium hominis, qvi de Cœlo descensurus est in nubibus, & mundum judicatus, ut prædictitur Danielis Cap. VII. vers. 10. & 13. Nempè insignem illam visionem de Filio hominis ad antiquum dierum in nubibus cœli delato hoc Oraculum describit, & integrum sic habet in fontibus:

תְּהִירָה תְּהִירָה בְּחַנּוּ לִילָּה וְאֶרְוֹעַ עַבְדָּנָן שְׁמֵלָה
כִּבְרָה אֲנָשָׁה אֲתָה תְּהִירָה וְעַרְעַקְוָק וְמִיָּהָ מְטָה וְקַרְמָה
הַקְּרָבָהוּ: וְרָה יְהָבָ שְׁלָטָן וְיִקְרָב וְמַלְכָה וְכָלָ עַמְמִיָּה
אֲפִיאָה וְלַשְׂנִיא לְהָה וְפְרָחָן שְׁלָטָנה שְׁלָטָן עַלָּם דְּרָלָה
עַדְהָה וְמַלְכָותָה בְּרָלָה תִּתְחַבֵּר:
Vulgata

Vulgata reddit: *Aspiciebam ergo in visione noctis, & ecce cum nubibus cœli quasi filius hominis veniebat, & usque ad antiquum dierum pervenit: & in conspectu ejus obtulerunt eum. Et dedit ei potestatem, & honorem, & regnum: & omnes populi, tribus, & lingvæ ipsi servient: potestas ejus potestas æterna, q[uod] & non auferetur: & regnum ejus, q[uod] non corrumpetur.*

Cæteras versiones omitto, cùm nihil instituto nostro conducant. Res enim nobis potissimum cum Hebræorum Rabbinis erit, sed ita, ut *Capite primo* Analysis textū Logico-Grammaticā paucissimis præmisā, *Capite secundo* eas Rabbiⁿorum interpretationes, in quibus Judæorum amicus cum Christianis consensus vulgō qværitur, & *Capite tertio* aperta Judæorum deliramenta, expendamus. Qvod ut felix faustumq[ue] jubeat esse Deus, ardentissimis ab eo precibus contendimus.

CAPUT I. *Analysis textū Logico- Grammatica.*

§. I.

 Voad analysis & explicationem textū, omnia-
jam occupavit Magnificus Dn. Geierus, maximi nominis
nostri temporis Theologus, in exquisitissimo in Danie-
lem Commentario, in quo ut maxima minima totius
libri, ita hoc quoq[ue] Oraculum sic enodavit, ut nihil addi posse vi-
deatur. Qvare de veniâ securus toto hoc Capite vestigia viri sum-
mi pressæ legam: qvod statim in limine monere visum fuit, ne me
plagii alicujus qvis fortè insimulet. Profiteor enim lubens & gra-
tus, per qvem profecerim.

§. II. *Scopus* Danielis in hoc textu est, describere revela-
tionem sibi de Messiæ in gloriam adventu, hoc est, de ejus exal-
tatione, in visione nocturnâ factam. *Partes* duæ sunt: *Exordium*,

A 3

& Nar-

35.

36.

37.

38.

39.

& Narratio. Exordium frequentatā ipsi haec tenus formulā constat: Aspiciebam in visione noctis, quā (1.) actum, (2.) modum, (3.) tempus visionis suę exprimit. In Narratione, præmissā demonstrandi voculā ecce, describit (1.) personam, quæ fuit quasi filius hominis. (2.) actionem, quod venerit cum nubibus Cœli. (3.) terminum ad quem, quod ad antiquum dierum venerit, & in compedium ejus adductus sit. (4.) conseqvens, quod est occupatio regni, descripti (a) à Majestate, quod ei potestas, & honor, & regnum datum sit. (b) à subditis, quod omnes populi, tribus & linguae ipsi serviant. (y.) ab adjunctā duratione, quod potestas ejus sit potestas aeterna, quæ non auferretur, & regnum ejus, quod non corrumperet.

§. III. Singula ordine expendenda, ac primū de Exordio, quod hīc perindē ac in antecedentibus narrationibus vers. 2. 4. 6. 7. 9. 11. haud dubiè singularitatis cuiusdam debitæque attentionis causā præmisit. Desumptum est quasi ab encomio secuturæ narrationis, quæ minimè inter aniles fabulas censenda, sed pro arduā maximiq[ue] momenti revelatione sibi Propheticō more facta habenda sit.

§. IV. Hinc (1.) actum functionis Propheticæ designat consveto Chaldaismo: וְיָדֵן יְהוָה videns fui. Ubi qvoad construnctionem Buxtorfius in Gramm. Chald. Syr. Lib. II. Cap. XV. pag. 310. notat, Participia verbo substantivo juncta cum præterito facere periphrasim præteriorum, reddendumque adeo: Vidi vel videbam. Est autem hoc videre ferè proprium Prophetarum, & communiter eam mentis seu phantasie in somno operationem denotat, quæ objecta certa, rem aliquam repræsentantia, complectitur; Unde וְיָדֵן prophetæ, qui & Hebraicè olim dictus fuit רֹא & יְהוָה videns. Conf. Targum i. Sam. IX. vers. 9. 2. Sam. XV. v. 27. cap. XXV. vers. 11.

§. V. Ab eodem verbo nomen רְאֵן descendit, quo hīc (2.) modum suę visionis Daniel indicat. Notat enim visionem non tantum opticam, sed & propheticam, & sumitur hoc posteriori sensu nunc passiæ pro aspectu alicujus rei, qualis ea aliis aspicientibus appetet aut videtur, ut infra hoc Cap. VII, vers. 20. ubi רְאֵן aspectus ejus (cornu) major reliquis ostenditur; nunc activè pro visione rem

rem aliquam apprehendente, & sic inter species apprehensionum Propheticarum numeratur, de quibus videantur B. Gerhardus Exeg. Loc. de Script. S. §. 13. Petr. Molinæus I.I. Varis c. IX. p. 24. 25. & alii: Ita Hornbeck de convinc. & conv. Jud. p. 44. 45. triplicem recenset modum, quo se Deus olim revelavit, modo scilicet intellectuali, phantastico & sensuali; & secundo modo se revelasse ut plurimum Danieli demonstrat. Qvod autem in plurali loquitur בְּרַאשֵׁי in visionibus, eo ipso visionem excellentissimam ac planè singularem significat, juxta Glassi regulam, lib. III. Philol. Sacr. tr. I. can. XXIV. pag. 88. (439.)

§. VI. Tandem (3) tempus commémorat, quo sibi ista visio oblata sit, dum בְּרַאשֵׁי Visiones noctis, hoc est nocturnas vocat, per solennem Hebrewismum aut Chaldaismum, quo duorum substantivorum in regimine positorum alterum est loco adjectivi, quam Regulam exemplis pluribus declaratam habes apud Buxtorfum lib. II. Thes. Gram. c. III. pag. 345. & Glassium, lib. III. Philol. S. tr. i. can. IIX. pag. 33. (401.) Est autem visio nocturna, quæ noctu sive dormienti, sive etiam vigilanti obtingit, quo tempore homines à negotiis strepitibusqve diurnis quam maximè vacant, & ad receptionem inspirationum divinarum atqve ad attentionem sunt aptissimi. Conferri huc meretur elegans libellus Jac. Andr. Crusii de nocte & nocturnis officiis, tam sacris, quam profanis, ubi passim insignia noctis commoda in rebus præsertim gravioribus expediendis laudat.

§. VII. Ab Exordio jam transit Propheta ad ipsam visionis enarrationem, per particulam Chaldaicam בְּרַאשֵׁי quæ in hoc solo quidem capite, sed quinque tamen reperitur, nempe v. 2. §. 6. 7. & hoc 13 ac æquipollit Hebræorum בְּרַאשֵׁי ecce, de quo passim Philologorum observationes prostant, è quibus unum instar omnium laudasse suffecerit Glassium lib. III. Philol. S. tr. V. can. XV. pag. 466. (713.) Nec insuper habenda litera ל particula præfixa, quæ cum ipsâ voculâ: בְּרַאשֵׁי Et ecce, majorem emphasin infert. Sic namqve & rem sibi visam quasi præsentem exhibere, & certitudinem ejus confirmare, & ad attentionem atqve admirationem excitare voluit.

§. IX. His ita præmissis Narratio succedit, in quâ (1) Personæ

sona, Danieli visa, fuit בָּבֶר אֲנֵשׁ qvæsi filius hominis. Ubi primum de præfixo בְּ qværitur, utrum sit רַחֲמָתָ כ' Kaph veritatis, ut *Hos.* IV, 4. V, 10. an vero כ' הרמִין כ' Kaph similitudinis, ut *Psal.* I, 3. CXLI, 6. Posterius nos affirmamus, et si non desint, qvibus videatur prius apud Polum in *Synops.* *Criticor.* ad b. l. Non enim verus homo fuit, qui Danieli in hâc visione apparuit, sed Φάντασμα qvoddam hominis speciem referens, qvemadmodum nec veras bestias vidit qvatuor Monarchias adumbrantes, sed imaginem earum phantasix sua oblatam. Neque obstat veritas humanitatis CHRISTI hîc præfigurata. Aliud enim est res ipsa præfigurata, aliud rei illius præfiguratio. Adhæc Messias tûm nondum verus homo, vel jamjam incarnatus, sed suo demum tempore incarnandus erat. Posito igitur, ipsummet DEI filium Danieli ut hominem apparuisse, qualiter & ab Abrahamo *Gen.* XXIX, 2. & Jacobo *Gene.* XXXII, 24, visus est, nondum tamen dicendus esset verus homo, sed tanquam homo, seu *instar hominis* fuisse, ut inter tempus V. & N. Testamenti debitum remaneret discrimen. Qyanqyam nulla nos cogit necessitas, ut talem ipsius Messiae præsentiam hîc statuamus, quali vel Abrahamus vel Jacobus fruebatur; cum sufficiat ejus in Visione facta prophætica repræsentatio.

§. IX. Porro de nomine בָּ ex Hieronymo observat Galatinus *lib.* III. *de Arc. Cath.* *Ver.* c. V. fol. 123. diversa significare, quandoqve *filium*, quandoqve *disciplinam* sive *doctrinam*, quandoqve *frumentum*, quandoqve *purum* sive *mundum*, quandoqve *electum*. Hic tamen extra dubium est, primum significatum obtinere, & ἀγνιπολλε Hebræo בָּ filius, quo sensu & Hebraicè legitur *Psal.* II, 12. & *Prov.* XXXI, 2. s. adeoqve בָּ idem est ac בָּ אָדָם בָּ filius hominis, hoc est homo, prout illam circumscriptionem pro absoluto nomine positam videmus *Num.* XXIII, 19. *Job.* XXV, 6. Alias de nomine בָּ aut בָּ filius, qvos Hebraismos faciat in statu regiminis positum, videatur Glassius *lib.* III. *Philol.* S. tr. i. *Can.* XXXVI. pag. 131. (472.) seqq.

§. X. Nomen denique בָּ hominis, cum quo illud בָּ filius hoc loco construitur, vi sua radicis אֲנֵשׁ miser fuit, propriè miserum vel vulgarem hominem designat, plane uti Hebraicum אָדָם cui וַיַּאֲנַזֵּן Vir strenuus opponitur. Ita R. Dav. Kimchi in *lib.* Schorath schim

Ichim Rad. **אָרֶם**, & ex eo R. Sal. Aben Melech in *Michlal Jophi ad Psal. IV. fol. CLXIV. col. 3.* בְּנֵי אָרֶם חַמְנִין בְּנֵי אִישׁ הַגְּרוֹלִים Filii hominis sunt plebeji; Filii autem viri sunt Magnates. Sciendum tamen, significationem hanc, qvâ בְּן אָרֶם aut בָּר אָנְשׁ hominem vulgarem & plebejum notat, tantum esse οὐετινήν, & tunç valere, qvando summat & inferiores inter se conferuntur, ut *Psal. XLIX, 3. LVI, 2. LXII, 10. LXXIII, 5.* Cūm verò absolute ponitur, simpliciter notat eum, qvi ex Adamo suam habet originem & naturam aliis hominibus οὐοστόν, ut hāc appellatione, non homo homini, sed vel DEO, vel angelo, vel feræ aut bestiæ opponatur. Et sic Ezechiel sapius cap. II, 1. 368. III, 1. seqq. item Daniel Cap. IX, 17. בְּנֵי אָרֶם filii hominis dicuntur, ut inter angelorum commercia, qvibus fruebantur, conditionis humanae recordarentur. Qyanqvam ejus denominationis varias rationes allegant Rabbini, qvas summatum recenset R. Jac. Abendana in *Spicilegio ad Michlal Jophi Ezech. II. fol. CXXVII, col. 1.*

יש אומרים שנקרא qvem hoc transscribere non pigrabimur: יחוּקָאֵל בֶּן אָרֶם כָּדוֹ שְׁלָמִי וְתַגְנִיתִי וְיוֹחָשָׁב עַצְמוֹ כָּחֵד המלכים לְפִי שְׂרָאֵל הַמְּרָאָה הַנְּרוּלָה הַאֲרָה וְרַדְקָאֵל אמר לְפִי שְׂרָאֵל פֶּנְיָה אָרֶם בְּמִרְכָּבָה הַוּוּשׁ כִּי יְשָׁר וְטוֹב הַוָּיָּה בְּעַנְיוֹן וְחוֹזֵא בֶן אָרֶם לְאֵל בֶן אָרֶם וְלֹאֵל בֶן שְׁוֹר וְלֹאֵל בֶן נְשָׁר עַל הַרְרָה הַנְּרָמוֹ בְּאוֹתָם. וְיַש אָמָרִים שנקרא בֶן אָרֶם לְפִי שְׂרָאֵל הַמְּרָכָבָה וְעַלְתָּה לְמַעַלָּת מֶלֶךְ מְרוּם כָּלּוּ אָמָר אֵין כֵּן לוֹא אֲשֶׁר אֵלָה זֹה. וְחַרְוִיָּה כְּתֵב בְּעַבְרָה שְׁגָלָה וְחוֹקָאֵל מִהָּרָאֵץ הַקּוֹשֶׁת נִקְרָא בֶן אָרֶם רֹצֶה לִימָר בֶן אָרֶם חַרְאָשָׁן שְׁכָמָו שְׁחוֹזָא גּוֹרֵשׁ מִן עַזְן כָּוִיָּה קָוִיָּה נִוְרָשָׁה Sunt qui dicunt, Prophetam Ezechielem ideo vocari filium hominis, ne propter hanc visionem sese efferret, ac aequipararet Angelis. R. D. Kimchi ait, Deum notum facere ei, quod gratiam adeptus sit apud se, quod filius hominis sit, seu ab homine prognatus, non verò a leone, bove, aquila &c. Alii ferunt, ideo vocari filium hominis, quod curru, quem viderat, ascenderit ad Angelos altissimos, ac si dixisset (Deus,) nulus hic est natus ex muliere nisi hic. Don Jizchak Abarbanel verò scribit: quia Ezechiel deportatus fuit ex terra sancta, ideo vocatur filius

3.

filius hominis, nempē primi illius hominis Adāmī. Nam quemadmodum is expulsus fuit ex Paradiso; ita Ezechiel expulsus est ex Ierusalem & Sanctuario, ubi fuerat Sacerdos.

§. XI. Sic igitur sensus est, Danieli, cui hactenū diversarum ferarum phantasmata in visione apparuerant, jam veri aliquuj hominis imaginem ostensam fuisse. Qvæ quidem eminūs Messiam portendebat, qvi reverā filius hominis futurus, et si æternus DEI filius esset, ex muliere humanam naturam assumpturus *Gal. IV, 4. Hcb. II, 14. Job. I, 14. 1. Tim. II, 16. &c.* Qvare ne pro Angelo, vel phantasmate qvodam: vel pro nudo DEO speciem saltem hominis gerente, non verò reipsā factō homine haberetur, gaudere voluit nomine *γενέσις πατέρος* filii hominis, qvod ipsā textus nostri phrasī expressit *Syrus Matth. IX, 6. X, 24. XI, 19. XVI, 13. 27, 28. &c.* Conferatur, qvid de hoc titulo, quo semet ipsum frequentissimè Christus insignivit, Doctissimus Ligfootus observarit *Hor. Hebr. & Talm. in Matth. XVI, 13. pag. 374. 375.* Qyalis ergò reverā futurus erat, talem in visione eum hīc conspicatur Propheta.

§. XII. Vedit autem illum (2.) *Venientem cum nubibus Cœli.* Sic enim ait: *עִנְיָנֵי שָׁמַיִם אֶתְרָה בְּנֵי* Cum nubibus cœli veniens erat. In qvibus verbis fit egregia oppositio inter reges & regna mundi, qvæ humi tantū & in mari se exerunt, *juxta vers. 2. sqq. bujus cap. & inter hunc Filium Hominis superiùs in nubibus vectum, cuiusmodi alias vehiculum soli tribuitur Deo in Sacris, 2. Sam. XXII, 12. Psalm. XII X, 12. Psalm. XCVII, 2. Psalm. CIV, vers. 3. Ezech. I, 4. Cap. XVI, 3. 4. Deut. XXXIII, 26. Ef. XIX, 1. Nah. I, 3. &c.* Adventus igitur hīc descriptus planè singulare qvid & majestatem ab omnibus mundi regnis distinctissimam infert. Qyod iterum C H R I S T O convenientissimum est, qvi non tantū nube amictus apparuit *Apoc. X, 1.* sed & eā tanquam vehiculo in Cœlum ascendit *Aet. I, 9.* innube etiam olim redditurus *Matth. XXI, 30. XXVI, 64. &c.* Qvod ipsum satis argumento est, adventum Messia in carnem hoc spectaculo non significari, qvippe qvi humili & abjectus, non Majestatus fuit. Aut ergò adventus in gloriam, aut redditus ad judicium intel-

intelligitur, qvorum utrumqve cum cœli nubibus sicut sunt citata, loca.

§. XIII. Ne tamen hîc ambigui hæsitemus, additur, (3.) terminus ad qvem, qui est יְהוָה עֶזֶל antiquus dierum, per Hebraisnum sic dictus, perinde uti plenus dierum, satur dierum, vir dierum &c. dici solet. Est autem descriptio viri grandævi, qvem in folio Regali ac judiciali sedentem Propheta superius vers. 9. viderat; qviqve, uti rectè R. Solomo Jarchi annotavit, קָרְבָּן Sanctum benedictum illum, hoc est DEUM OPTIMUM MAXIMUM representabat. Hic enim est אֱלֹהִים Deus antiquitatis, i. e. æternus, Dept. XXXIII, 27. dierum orbis omnium durationem excedens, qvi dies omnes, à sole per ipsum condito factos, antecessit, omnis initii, mutationis, ac finis expers, Malach. III, 6. Jac. I, 17. Qvæ qvidem descriptio etsi DEO triuni conveniat, commodiùs tamen hîc ad DEUM Patrem solum referetur, ut accurate Danieli delineatum credamus, qvod ipse CHRISTUS posteâ de suo ad Patrem abitu dixit Joh. XIV, 12. 28. XVI, 28. &c.

§. XIV. Unde manifestum est, hanc visionem non de adventu CHRISTI ad judicium ultimo; sed de glorioso ejus in regnum ingressu loqui. Non enim ad homines in terram, sed ad antiquum dierum in cœlum venire; non in conspectum hominum judicandorum, sed in conspectum Patris adduci; Messias cernitur. Atqve hâc geminâ phrasî, idem significante, gloria in cœlum ascensio exprimitur à Daniele; primo qvòd יְמִינָה מִתְּנִיחַת שְׁעֵד עֲקָדָה in antiquum dierum pervenerit, nempe non tam locum quam statum mutando; deinde qvòd קָרְמֹוֹז הַקְּרִיבִיָּה in conspectu ejus obtulerint eum, ubi per consuetum idiotismum tertia pluralis, absqve expresso nominativo, impersonalem significatum infert, ac sensus est, exaltatum esse Messiam ad dextram DEI, qui ipsum à dextris sedere jussérat Psal. CX, 1.

§. XV. Est enim hoc (4.) Consequens adventus hujus in cœlum, occupatio nimirum regni summe Majestatica & verè divina, omnem mundi gloriam transcendens; qvippe qvæ cum ascensione in cœlum immediate conjungitur. Hæc uti Propheta ob animi oculos clare conspicienda in visione ponebatur, sic luculenter in hâc narratione explanatam dedit.

§. XVI. Vidisse se ait (σ.) Majestatem: שָׁלֹטֵן וְהַבָּיִת וְמֶלֶךְ Et data est ei potestas, & gloria, & regnum. Ubi tria vocabula non nisi Regi congrua, פְּרִזְבָּתָשׁ porctas, qvâ absolutum in subditos dominium cum jure vita & necis innuitur, Dan. III, 33. גְּדוֹלָה gloria, qvâ qvis ob singularem eminentiam resplendescit, & magni apud omnes estimatur, Dan. II, 6. IV, 27. V, 18. 20. מֶלֶכְתָּה regnum, quo qvis Monarchicâ in subjectos autoritatē pollet, neminemque supra se alium superiorem agnoscit, Psal. XXII, 29. Qvæ ideo h̄ic conglomerantur, ut tanto plenius incomparabile, amplissimum, perfectissimum, & uno verbo, verè divinum exprimetur imperium. Dum verò h̄ac ad Messiæ exaltationem referuntur, מְלָאָה datum ei id novimus non qvoad עַנְסָיו, qvam in primo conceptionis momento habuit, sed qvoad χενσίων, & plenarium exercitium, qvod ad dextram Patris evectus demum incipit.

§. XVII. Observat (β.) Subditos, eosqve tūm à multitudine, tūm ab officio describit. Ratione multitudinis vocat כָּל עַמּוֹת אַנְפָנִים וּלְשָׁבְנִים omnes populos, nationes, & lingyas. עַמּוֹת populi sunt, qvitoto aliquo comprehenduntur regno. אַנְפָנִים nationes arctius qvodammodo appellantur familiae ampliores, ab una □ matre, stemmate originem trahentes. Lingue sunt populi, qui diversis utuntur idiomatibus. Adeoqve maxima hominum nec numeranda multitudo his nominibus ita junctis designatur, qvæ eādem serie similiter occurrit Dan. III, 4. 7. 31. V, 19. VI, 25. Ratione offici illis tribuit servitutem exaltato huic Regi suo præstandam: לְהָ וּפְלִתְחָן ipsi servient, qvod futurum de debito & jure magis, qvā de eventu vel facto accipiendum, q. d. His omnibus incumbebat, ut servirent ei cultu religioso, qvalis debetur Numinis. Ita namq; verbum פְּלִתְחָן in sacro codice usurpare cultu non politicō, sed religiosō, (sive is per errorem deferatur numini ficitio, sive pro merito cadat in verum Deum) constat ex Dan. III, 12. 14. 18. 28. Cap. VI, 17. 21. Cap. VII, 27. Esr. VII, 24. qvæ plenaria omnium locorum, si nostrum annumeremus, est inductio, è qvibus de usu verbi hujus Chaldaici Biblico constare potest. Ea verò qvā apte convenienter Messiæ regno sive Ecclesiæ ex Judæis pariter & gentilibus post ejus in cœlum

Ium ascensionem collectæ, nemini non est perspectissimum. Conferatur Psal. II, 8. XIX, 5. XXII, 29. Rom. X, 18. Eph. I, 20. Apoc. XIX, 16. &c.

§. XIX. Tandem (y.) adjunctam Regni durationem laudat, phrasi cùm positivâ, tûm remotivâ. Positivè ait: שָׁלֹטֵנוּ פֶּתַח־עַל־־־־־ Poteſtas ejus poſteſtas ſeculi, h. e. dominatus ejus eſt æternus, de qvo idiotiſmo vide Buxtorf. Gr. Chald. lib. II. c. III. pag. 244. idqve mox repetit: וְמִלְכֹותָה regnum ejus, ſcilicet, qvod anno 2018 repetendum: מִלְכָוֹת עַל־־־־־ est regnum æternum, de quâ ellipſi vocum conjuſtarum ex membro præcedente repetendarum vide Glassium lib. IV. Philol. S. tr. II. obſ. XI. pag. 722. (901.) Remotivè ait de: שָׁלֹטֵנוּ dominatu ejus: יְהִי־־־־־ qui non auſſeretur, qvo ipſo translationem, aut depulſionem ab administratione removet, qvalē DEUS Nebucadnezari interminabatur Dan. IV, 28. idemqve & h̄c repetit, cùm de regno ejus ad- dit: מִלְכֹות qvod non corrumpetur, qvo ipſo omnem ſive internam, ſive forinſecū illatam perturbationem removet, qvalis ſolet mundanis regnis accidere, in qvib⁹ ſapè ob ſubditorum impatientiam, novitatisqve aviditatem, ingentes excitantur turbæ, & ipſe regiminis formæ mutantur, Monarchicā in Aristocraticam, vel Democraticam conversā. Talis corruptio huic Regno non metuenda, utpote non mundo, ſed regno DEI viventis & permanentis, qvod לְ־־־־־ non diſpabitur, Dan. II, 44 VI, 27. Atqve hæc iterum nullo negotio ad regni Mefiani æternitatem applicabuntur, de quâ conferantur Lvc. I, 33. Heb. XII, 28. 2. Petr. I, 11. &c. Et tantum de Analyſi & ſenſu textū.

CAPUT II.

Consensus Rabbinorum cum Christianis, ejusdemq; accuratius ſcrutinum, quatenus vel repudiandus, vel admittendus.

§. I.

Succedere jam debebat cùm vindicatio textū, & demonstratio eorum, qvæ haſtenus ſubindē indicata ſunt, agi nimirūm de

non alio, qvam de Messia, ejusqve glóriosâ exaltatione; tūm evolutione doctrinarum, qvæ de CHRISTI JESU, veri Messiae naturis, personâ, officio & statibus in Classico hoc loco pulcherrimè fundantur. Cujusmodi operâ post perpetuos in Danielem Commentatores egregiè defuncti sunt ex instituto B. Dan. Cramerus *Class.* II. *Schol. Prophet. Vatic.* VII. p. 320. seqq. & B. Jo. Henr. Ursinus in *Parallel. Evang. Cap. XX.* p. 98. seqq. item Jo. Schröderus in *throno regali CHRISTI, Fundam.* VII. p. 274. seq. Feuerbornius *Fasc. I. Disp.* III. p. 218. Hülsemannus in *Vindictis Artic.* XIX. p. 71. seqq. atqve alii plures, qvin & è Pontificiis Anton. Fernandius in *visionib. Vet. Test. Vis.* XXIV. fol. 65. seqq. &c. Sed animus nobis non est, in hunc nos demittere Oceanum, sed specimen solum dare profectuum, qvos in Philologiâ fecimus, & ostendere, quid hinc subsidiis non tantum ad enucleationem verborum textûs hujus, sed & ad eorum vindicationem, & veritatis assertionem in controversiis præsertim anti-Judaicis sperari posît. Nam sàpè videas ad Judæorum consensum provocari ab iis, qvi Judæorum scripta satis non penetrarunt: sàpè etiam Judæorum sententias ab illis impugnari audias, qvi eas nondum satis exploratas habent, sed vel ab aliis accepere minus fideliter relatâs, vel saltem fando audiverunt. Utrumque igitur nunc agam, partim in Judæorum, qvi videri poterat, consensum cum Christianis, partim in eorum dissensum, & apertam textûs Danielitici depravationem inquisiturus. Ac prius quidem in præsenti, posterius in sequenti Capite sic exeqvar, ut illuc imaginario personatorum amicorum consensui larva detrahatur, istuc verò adversariorum aperto Marte cum Christianis configentium strophæ & argutiae clarius innotescant.

§. II. Initio itaqve negari neqvit, Judæos communiter hunc textum interpretari de Messia, qvi Danieli *tanquam filius hominis* cum nubibus cœli ad antiquum dierum delatus apparuerit. Unde R. Abarbanel *Comm. in h. l. fol. L. col. 1.* licet ipse in alia omnia, ut ostendemus, abeat, non tamen id negare ausus, diserte hunc communem interpretum Judaicorum consensum profitetur: *וחמפרשי פירושו כבר אנש עלי מלך*: *המשיח כאילו הוא איש אחד שיבת לדור לבקש עלי עמו: Cæterum Interpretes, inquit, hec verba: TANQVAM FILIUS HOMI-*

HOMINIS, interpretantur de Rege Messia, veluti qui vir unicus sit, venturus ad iudicium, ut pro populo suo intercedat.

§. III. Pari modo R. Jehuda Leo bar Bezaleel in *Nezach Israël* fol. XXXIX. col. 3. חָנָן מִתְעַלָּה עַל הָעֵן כְּרֻכֶּתֶב וְאֶרְוֹעֶם עַל עֲנֵנוּ שְׁמַיָּא כְּבָר אָנָשׁ שָׂוֵחַ נָאָמָר עַל Messias longè sublimior est nubibus, quemadmodum scriptum est: ET ECCE, CUM NUBIBUS COELI TANQVAM FILIUS HOMINIS VENIT; siquidem hoc ipsum de Messia datum est.

§. IV. Horum quidem confessio satis clara persuadet nobis, ne de vulgari illâ nobiscum faciente Judæorum sententiâ dubitemus. Sed placet tamen, ordine intueri testimonia illorum, qui locum de Messia accipiunt, ut eò melius de iis judicium ferre valeamus. Sunt autem Judæorum alii *Cabbalistæ*, alii *Talmudici*, alii *Medraschici*, alii denique *Literales*; & horum omnium excutienda sunt scrinia, si de consensu hoc constare debeat.

§. V. Prima ergo classis *Cabbalistarum* est, qvorum affectata obscuritas facheret, ut ipsos planè omitteremus, nisi Galatinus lib. VII. de Arc. Cath. Verit. cap. XIV. fol. 415. 416. & ex eo Helvicus in Elenchis Judaicis, Tom. IV. Dispp. Gieffens. Dispp. IV. §. 34. pag. 91. testimonium R. Simeonis ben Jochai, Cabbalistarum, ut vulgo creditur, celeberrimi, è libro *Sohar* suggestisset. Is antiquo dierum ex hoc Danielis loco זעיר יומין juriorem dierum contradistinxit, utpote qvem Propheta tanqyam filium hominis ad illum accedere viderit, qvem ait è foeminâ clauso utero egressum, paratum & aptum, ut sit Princeps altissimus, atqve hunc esse Regem Messiam. Verba ipsa legantur apud Galatum loc. cit.

§. VI. Secunda classis est *Talmudicorum*, qvibus ad unum omnibus extra dubium ponitur, Danielem hic loqui de Messia, cuius gloriosum adventum cum cœli nubibus futurum annunciet. Illustris locus est in Talmudis Babylonici Massecheth Sanhedrin fol. XCIX. col. 1. & ex hinc in Beth Israël part. II. fol. CXCVI. col. 4. atqve in Jalkut part. II. num. DLX XVI. fol. LXXXII. col. I. & num. MLXV. fol. CLVI. col. ubi conciliatio traditur inter Danielem & Zachariam, qvorum ille Messiam cum nubibus cœli gloriosè,

35

36

3

31

39

riosè, hic miserè cum asino adventurum prædixerit. Verba Ge-
maræ Talmudicæ hæc sunt: אמר רבי אלכסנדרו רבוי יהושע
בן לוי רמי כתוב וארו עט ענני שמיא כבר איש אחר
וכתיב ענו ורוכב על חמור זכו עט ענני שמיא ל'ז
Dixit Rabbi Alexandrinus, R. Josuam
ben Levi commissione inter se hec duo loca, Dan. VII, 13. Ecce in nubibus
cæli velut filius hominis veniet: Et Zach. IX, 9. Veniet pauper & ve-
ctus asino. Sic autem conciliasse: Si digni fuerint Iudei, veniet in nu-
bibus cæli; Sin indigni, veniet pauper & vectus asino.

§. VII. Tertia classis est Medraschicorum, quos jure dixeris
Hebræorum Postillatores. Hi à Talmudicorum sententiâ eò mi-
nus recedunt, qvò certiores sunt, eam ex Veterum Homiliis in Tai-
mudem introductam. Nam totidem verbis legitur in Bereschith
Rabba, antiquo Medrasch R. Mosis, bad-Darschan, teste Raimundo
Martini part. III. Pugion. Fid. Dist. III. Cap. XVI. n. I. f. 656. peri-
copam integrum transcribente, in qvâ Zachariæ vaticinium de
Messiâ asino insidente, ad illustrandum vaticinum Jacobæum de
pullo asini viti alligando Gen. XLIX, 11. attulerat. Hinc qvarit:
והלא כבר נאמר על המשיח וארו עט ענני שמיא
Numquid verò non pridem de Messiâ di-
ctum est: Et ecce cum nubibus cæli tanquam filius hominis veniens erat?
זכו ישראל עט ענני שמיא לא זכו ורוכב על חמור:
Si digni fuerint Israëlitæ, implebitur Danielis vaticini-
um de adventu Messiæ in cæli nubibus; sin indigni, implebitur Zacha-
riæ prophetia de adventu ejus super asino.

§. IX. Aliud ex Medrasch Tanchuma affert R. Simeon
part. II. Jalkut, num. DLXXI. fol. LXXX. col. 2. qvod itidem ex
Bereschith rabba recitat Raimundus part. III. Pug. Fid. Dist. III.
Cap. IX. num. VI. fol. 601. מי חי' ענני זה משה שנאמר
מי חי' חי' בחמי ליליא' וארו עט ענני שמיא כבר איש
חמי חי' בחמי ליליא' ורעד עתק וומיא' מטה וגוו'
Quis est Anani, (quasi nubeus dictus) cuius fit mentio i. Paral. III, 22? Hic est Messi-
as, utpote de quo dicitur: Videbam in visione noctis, Et ecce cum
(ענני) nubibus cæli tanquam filius hominis veniebat, Et usq; ad anti-
quum dierum pervenit. &c.

§. IX. Adhuc unum addo ex Medrasch Schocher Tobh f. IV.
col. 2,

col. 2. quod idem etiam Raymundus ex Medrasch Thillim recensuit part. III. Pug. dist. III. Cap. IIX. num. II. fol. 592. מסופרים חם עני מלך המשיח בחוקה של תורה ובחוקן של נביים וככתויכים בחוקה של תורה שנאמר בני בכורו ישראל ובחוקן על נביים שנאמר הנה ושכיל עברו ירוש גביה מאר מאר כתוב בתורה זה עברו אהemo כו בחוקן של כתובים שנאמר נאם יי' לארני שב לומני וגוי עז מרות משחר לך טל יזרותך נשבע יי' ולא ינתק אתה כחן לעולם עז רברתי מלכי צדך וככוב אחר אומר וארו עס עני שמייא כבר אנש אתי הויה וער עתק Narrat & sunt materie Regis Messiae, & mysteria ejus in scriptura Legis, Prophetarum & Hagiographorum. In scripturā Legis, sicut dictum est Exod. IV, 23. **FILIUS MEUS PRIMOGENITUS MEUS ISRAEL.** In scripturā verò Prophetarum, sicut dictum est Iesa. LII, 18. **ECCE INTELLIGET SERVUS MEUS, EXALTABITUR, ET SUBLIMIS ERIT VALDE.** Quid postea scriptum est? **ECCE SERVUS MEUS, SUSCIPIAM EUM.** In scripturā deniqz Hagiographorum, sicut dictum est Psal. CX, 5. **DIXIT DOMINUS DOMINO MEO, SEDE AD DEXTRAM MEAM, &c. usq ad: DE ULTERO, DE AURORA TIBI ROS INFANTIE TUÆ: JUL RAVIT DOMINUS, ET NON POENITEBIT EUM, TU ES SACERDOS IN AETERNUM SECUNDUM ORDINEM MELCHIZEDECH.** Et alia scriptura dicit Dan. VII, 13. 14. **ET ECCE CUM NUBIBUS COELI TANQVM FILIUS HOMINIS VENIEBAT, ET USQUE AD ANTIQVM DIERUM PERVENIT, &c.** Similia passim apud Raymundum & Galatinum excerpta offendas.

¶. X. Quarta denique classis est Literalium, quos inter primas tenent notissimi illi, quos Biblia Targumico - Masorethico - Rabbinica Basileæ excusa junctim exhibent conspiciendos fol. CCCCXC. fac. 2. In his R. Salomo Jarchi: כבר אנש אתה יהא מלך המשיח: וער עתיק ומייא שהורה וושב במשפט ורץ ארץ האומות: מטה הגוע: ולכך והיב שולמן ולאותו:TANQVM FILIUS HOMINIS:

hic est Rex Messias. ET USQ. AD ANTIQUUM DIERUM:
 qui scilicet consedit in iudicio, & populos iudicat. PERVENIT:
 Chaldaicam idem notat quod Hebraicum הניע pervenit.
 ET EI DATA EST POTESTAS: nempè illi ipsi filio hominis ad
 se venienti dedit antiquus dierum regnandi potentiam. R. Aben
 Esra: **וַיֹּאמֶר** רַבִּי יְשׁוּעָה צְדָקָה כִּי זֶה כִּי אֲנֵשׁ הָאֵלֶּה

3.

מִתְּנִינָה R. Josua afferuit, per hunc, qui tanquam filius hominis apparuit, intelligendum esse Messiam, & haec assertio est solida. R. Sahadia Gaon: **וְאַתָּה עַמּוֹ** עַנְנֵי שְׁמַיָּה כִּי אֲנֵשׁ אַתָּה

והוא משיח ארקנו וחלאה כתוב על משיח ענו ורוכב על חמור אלה יכוא בענוה כי לא יכוא על סוסים בגאות ואשר כתוב עט ענני שמייה והנה עם עני השמיים הם מלאכי אכיה השמיים זו היא רוח הגולה שיתן הרכוש, למשיח ככתוב עט ענני שמייה או הוא גודול במשלן עתיק ווימין לבושים כתalg חור ושער רישויה כעמך נקו במשלן בני אדם: וער עתיק ווימין הקרבונו ברכותיב נאם יי' לאידי שב למני וגוי: ולהי יהוב שלוטן שיתן לו שולטנות ומלכות ככתוב ואני נסhti מלכי וכותב ויתן עז למלכו ווים קין משיחו ולא ET ECCE CUM NUBIBUS COELITAN QVAM FILIUS HOMINIS: Hic est Messias, Iustitia nostra. Sed annon de Messia scriptum est Zach. IX, 9. Pauper & eqvitans super asino? Enim verò innuit Zacharias, venturum esse in humilitate, non enim venturus est super eqvis cum fastu. Quod autem Daniel scribit, venturum esse cum nubibus Cœli, intelligit per nubes cœli angelos exercitūs cœli. Hæc nempè summa crit Majestas, quam Creator Messia conferet, sicuti scriptum est: cum nubibus cœli, tunc erit maximus. Similiter parabolice Antiquus dierum in antecedentibus introducitur tanquam veste nivea instar candida amictus, & cuius crines instar lanæ puræ in capite fuerint, id quod humano tantum more de DEO enunciatur. ET USQVE AD ANTIQUUM DIERUM ADDUXERUNT: nempè secundum id quod scriptum est Psal. CX, 1. Dixit DOMINUS DOMINO MEO, sède ad dextram meam &c. ET EI DATA EST POTESTAS, sensus est, Deum ei dominium & regnum dedisse, prout scriptum est Psal. II, 6. Ego unxi Regem meum. Et iterum 1. Sam. II, 10. Et dabit fortitudinem Regi suo, & extolleth

extolle cornu Messie sui. Neq; afferetur regnum ejus, neq; desolabitur usq; in secula seculorum.

§. XI. His succedit R. Joseph Jacchiades, cuius paraphrasin in Danielem cum versione & annotationibus Constantinus L' Empereur ab Oppyck edidit. Is post Hebraam textus Chaldaici translationem idem glossæ loco observat pag. 129. וְהוּא מֶשִׁיחַ בָּכָר וְגֹועַ לִפְנֵי ה' : צָדְקָנוּ אֲשֶׁר וְגֹועַ לִפְנֵי ה' Ceterum hic, qui tanquam filius hominis visus est, est *Messias, Justitia nostra, qui perveniet in conspectum DEI.*

§. XII. Atque hæc ex omni genere Rabbinorum de prompta sunt testimonia, quæ facile in immensum augere liceret, si obvia convasare undecunq; vellemus. Nam & Hornbeckius lib. II. de Convincen. & Convert. Iudeis Cap. I. pag. 174. quendam obscuri nominis Judæum allegat, qui in amicâ Disputatione anno M DC XLIV. editâ Danielem de Messia loqui fasus sit; & Excellentissimus Dn. L. Esdras Edzardus, Doctor apud Hamburgenses famigeratissimus, meusq; per annum & qvod excurrit, Præceptor fidelissimus, eoq; filiali cultu nullo non tempore, proseqvendus, ex Talm. Chagiga fol. XIV. col. 1. Targum Psalm. LXXX, 18. Aben Esra in Psalm. LXXX, 16. 18. alia concessit, ad Psal. CX, fol. 5. 6. Sed ea, quæ attulimus, instituto nostro abundè sufficiunt.

§. XIII. Jam speciosa hæc sunt primitùs conspicienti, & talia, quæ cum verâ & orthodoxâ Christianorum expositione apprime consentire videri possint. Annon enim ista planè ad Christianorum mentem dicuntur, Danielem hic de Messia vaticinari. At enimverò ridebit Judæus, si quis hæc testimonia contra ipsum pro Christianismo adduxerit. Nam de Messia hic agi, nullus Judæorum negabit; negabit autem, agi de JESU Nazareno, quem nos Messiam Christiani colimus, Judæi verò execrantur. Qvanquam enim ipsi in singulorum vocabulorum designatione, & qvoad omnes visionis circumstantias inter se non conveniunt, aliis personam tanquam filium hominis in coeli nubibus apparentem de Messia, aliis de populo Istrælitico accipientibus, uti & circa Antiquum dierum nonnulli privatis suis opinionibus gaudent; conveniunt tamen qvoad generalem conceptum, qui est Messia ad-

ventus, cum redēptione populi Israēlitici, & auspicio regni Ju-daii conjunctus, qvem futurum adhuc præstolantur, adeoq; prophētiā nondūm impletam; sed de Messia adhuc venturo lo-qvi, ad unum omnes credunt.

§. XIV. Hinc unico hoc principali Syllogismo tota res ex-pediri potest:

Qui visionem hanc Danieli factam de Messia utopico, ima-ginario, nondūm exhibito, sed adhuc venturo, & terrenum carnalis Israēlis regnum inchoaturo expon-nunt; illi non consentiunt cum Orthodoxā Christiano-rum expositione.

Atqui Judæi, qvorum testimonia vel producta sunt hac tenuis, vel afferri adhuc possunt, visionem hanc Danieli fa-tam de Messia utopico, imaginario, nondūm exhibi-to, sed adhuc venturo, & terrenum carnalis Israēlis regnum inchoaturo exponunt.

Ergo Judæi, qvorum testimonia vel producta sunt hac tenuis, vel afferri adhuc possunt, non consentiunt cum or-thodoxā Christianorum expositione.

§. XV. Majorem nemo inficiabitur, qvisq;vis doctrinam, Christianam de Messia, DEI & Maria filio pridem exhibito, & post exantlatum redēptionis laborem ad dextram DEI Patris exaltato hāc visione fundatam expenderit; qvam tantum abest, ut confirmet, ut potius directe elevet & impugnet, qvicunq; dixerit, Messiam hīc prædici, qui nondūm venit, sed venturus ad-huc est: qvinon Ἰανθρωπος, sed Ἰλαίθεωπος est: qui non toti-us mundi Ethnicorum & Judæorum, sed tantum Judæorum Rex est: qui non spirituale regnum per verbi prædicationem & admi-nistrationem sacramentorum pridem exorsus, sed terrenum re-gnum armis corporalibus propugnandum suo demum tempore, cūm advenerit, inchoaturus est &c.

§. XVI. Minor de Judæis citerioribus subsumit, qui post Romanam Urbis ac Templi eversionem in sensum reprobum da-ti, scripturam qvidem sacram, sed perversè tractant, eāq;ve ad sua

sua impietatis placita defendenda & ad patrocinium infidelitatis abutuntur. Horum enim testimonia nobis sola prostant, cùm Veterum, qui ante vel circa CHRISTI tempora vixeré, nulla hodiè superent, nisi quòd post abstrusiora Cabballistarum monumenta in Talmude & antiquioribus Medraschim atque homiliis sententia Veterum istorum subinde ex residuis schedis compilatæ, non tamen sine compilatorum depravationibus existent, adeò ut licet plurima hinc pro adstruendâ veritate lector, si cum judicio accedat, eruere possit, in colligendis tamen testimoniosis, quæ aperte pro Christianorum doctrinâ faciant, qualia hæc esse vulgo judicantur, frustra desuet.

S. XVII. Probamus ergo *Minorem*, tūm in genere à communis omnium Judæorum doctrinâ de venturo ipsorum Messiâ, prout illam unus instar omnium, qui hanc materiam excusserunt, consulendus Buxtorfius in *Synagoga Judæica* toto Cap. XXXVI pag. 438. seqq. (quod in novissimâ editione est Cap. L. pag. 717.) planissime exposuit; huic enim omnia Mosis & Prophetarum oracula, quæ de Messiâ loqui concedunt, accommodant; tūm in specie persingulas Judæorum classes eundo, quorum haecenius attulimus testimonia, quæ de non alio, quam Utopico Judæorum Messiâ intelligenda esse, strictim ostendemus.

S. XIX. De Cabballistis quidem semper honestiis, quam vulgo solet, judicamus; dolemus fakem, quòd non soluta satis sint eorum ænigmata, quæ multa nobis mysteria Veterum longè modernis rectius de Messiâ sentientiam recluderent, si intelligerentur. At quod allatum R. Simeonis ben Jochai testimonium attinet; id solâ nititur Galatini fide; quando Raymundus Martini, quem expilare alias Galatinus sivevit, illud prorsum tacuit. Etsi verò Galatini fidem, licet multis suspectam, jam non sollicitabimus; nondum tamen certo constat, utrum ex hoc Danielis loco antiquum dierum, cum juniore dierum Rabbinus ille commiserit? In ipsis fane verbis, prout à Galatino recitantur, nulla visionis Danieli factæ mentio: nec ipse Galatinus huc verba trahit, sed Helvicus, qui locum apud Galatinum invenerat, & solâ mentione antiqui dierum sibi persuadebat, Danielem à Doctore Cabballistico illustrari. Verum ista mentio id non evincit, quicquid de eo sit, quòd primitus

forsan ex Daniele mutuò accepta denominatio. Nam (1.) Scopus Cabbalistæ est, discursu illo imaginem DEI homini concretam definire, & planum facere, quid verbis illis: *Faciamus hominem ad imaginem nostram, tanquam similitudinem nostram, Deus voluerit.* (2.) Non de antiquo & juniore dierum, sed de antiquo & juniore facierum initio loquitur: **הָא חִזְצֵן בַּיּוֹתְרָהָא אֲפִין:** Adverte, quidnam inter sit inter antiquum & juniores facierum; quos tamen postea cum antiquo & juniore dierum eosdem dicit: **וּבְחַדְשָׁה זֶמֶן כָּלְבָנָה עַתְּהָא רְוַחַתָּה וּמִן רְוַחַתָּה דְּנֶפֶךְ מִן פָּוָתָה סְתָמָאָה תְּמִשְׁלָקָה הָא כָּלְבָנָה רְוַחַתָּה יְהֻדָּה אַיִלָּה קְרִישָׁן רְוַעַר אֲפִין:** In tempore autem illo expurgaretur antiquus dierum, & spiritus, qui egressus est de utero clauso. Cum vero ipse surgat, omnes etiam spiritus surgent cum illo. Et quinam sunt illi? Hi nimirum, qui donati sunt coronis sandis junioris facierum. (3.) Alia omnia voluisse Cabbalistam, arguit ea, quæ Illustris Autor Cabbala de-nudatae in Apparatu part. I. de antiquitate p. 152. seqq. de à p. 312. usq. ad p. 328. de יומִין עַתְּהָא pag. 636. usq. ad p. 640. proxime concessit, quibuscum & figura XII. arborum Cabballisticarum, ejusque illustratio conferatur part. IV. Apparatus illius p. 233. seqq.

§. XIX. Porro quod Helvicus R. Simeonem ben Jochai ante natum CHRISTUM vixisse putat, in eo fallitur. Nam fuit ille unus e R. Akibæ discipulis, quem ejus præceptorem constat in bello Adriani contra Judæos tribus & sexaginta circiter annis ab urbis & templi excidio, adeoque post centum & triginta minimum annos a nato CHRISTO, pectinibus ferreis dilaniatum periisse. Post hujus demum obitum emersit hic R. Simeon ben Jochai, fuitque σύγχρονος adeò R. Jehudæ & R. Jose, quibuscum de magnificentiâ Urbis Romæ paulò liberiùs collocutus, mortis sibi propterea ab Imperatore Romano adjudicata periculum miraculosâ in specu, in quâ cum filio per integrum duodecennium latitarit, sustentatione evassisse traditur in Massch. Schabbas fol. XXXIII. col. 2. Atque in hac speluncâ confecisse eum fingunt librum Sohar, quod tamen piâ fraude sic ab autoribus falso excogitatum, ut major libro autoritas conciliaretur, concedit R. Abraham Sachuth in Juchasin fol. XLII. col. 1. ubi illum **תַּלְמִידָיו**

תַּלְמֹודוֹת וְתַלְמֹודוֹת הַלְמָדוֹת *discipulis ejus discipulorumq; discipulis*
 diu post Magistri obitum; ad ejus tamen mentem, de quâ ipsis per
 continuam traditionem constabat, concinnatum scribit. Illud
 certum est, nemini Judæorum ante seculum CHRISTI decimum,
 tertium de hoc libro quicquam innotuisse, ipsis confitentibus Rab-
 binis, & ex recentioribus quibusdam historiis ibidem commemo-
 ratis novitatem observantibus iis, qui librum legisse volunt. Quâ-
 re, ut ad scopum devéniamus, sic infero: Aut ipse R. Simeon
 ben Jochai autor est testimonii Cabbalistici à Galatino laudati,
 aut alii mille annis citeriores. Si ille, (quamvis id non concesse-
 rim,) non alium Messiam in animo habuit, quam Utopicum, cum
 ipse animum in CHRISTUM & Christianos cum cæteris illius ævi
 Rabbinis infensissimum haberet, de quo Justinus Martyr *Dial. cum*
Tryphonem. 323. 335. & Eusebius *lib. IV. Hist. Eccles. c. IIX. f. 122.* &
c. XV. f. 132. seqq. legendi. Sin hi, eò minus de eorum mente Judai-
 cis obvolutâ tenebris dubitandum, quod magis nobis modernorum
 post-Talmudicorum falsa de Messia persuasio perspecta est.

§. XX. Talmudicorum testimonium aperte loquitur Judaismum. Ex instituto enim ibi in Gemarâ de adventu Messiae disputatur, quando tandem futurus sit, postquam penè desperandum, extrema omnia passis. Præsupponunt autem, JESUM Nazarenum, **אשר נראת לנצח מישיח ונחרג מבירן הרין והיה-**
סבר שישראל נחרב בחרב *qui viri sibi ipsi sit Messias esse,*
sit que occisus à Synedrio, a causa fuerit, ut Israël gladio devastaretur, non esse Messiam, quem expectant sibi promissum, quippe quin non
 sit dispersurus, sed collecturus populum suum. Conglomerantur
 igitur in illâ disputatione varia Rabbinorum effata, in quorum ta-
 men nullo acqviescere potest animus illorum de Messiae adventu
 tantoperè sollicitus. Inter ea est & conciliatio dicti *Iesa. LX, 22.*
אנו יתונח בעקבך אַרְזֵךְ *Ego Dominus in tempore suo ac-
 celerabo illud;* quod sibi ipsum contradicere videbatur, dum in eo
 Dominus Redemptorem & acceleraturum, & suo tempore missurum
 promittat: quæ duo sic composuisse R. Josuam ben Levi: *Si digni*
fuerint, accelerabo; si indigni, suo tempore, R. Alexandrinus refert,
 atque hâc occasione addit, se ab eodem didicisse rationem eodem
 modo Danielem & Zachariam, quorum uterque de eodem Messiae
 adven-

35

36

37

38

39

adventu, sed alter glorioſo, alter paupertino vaticinatus sit, conciliandi, verbis in testimonium huc ſuperius allatis. Unde ad oculum patet, de qvōnam Mefſiā iſta Talmudici acceperint. Ceterū hic R. Josua ben Levi, ad cuius autoritatem R. Alexandrinus in Talmudicā Gemarā provocabat, floruit circa annum DCCCCLXXX. milenarii qvarti ſupputationis Judaicæ, h.e. ſeculo poſt CHRISTUM natum tertio currente, & eſt idem ille, qvem vivum in paradiſum translatum, ibidemqve cum Mefſiā de iſpīus adventu collocutum ſomniant, qvam fabulam vide ſis, prout integrum ē Talmudicis recenſuit Dn. Præfes in Notis ad Schick. Jus Regium pag. 475. 476. ex jeā enim de ejus testimonio rectius judecabis.

§. XXI. Atqve id circa Medraſchicorum primum ſimiliter tenendum, qvippe qvod cum illo Talmudicorum idem, & perinde ut ibi in Gemaram, ita hic in Béreſchith rabba translatum eſt. Secundum ſimpliſter preeſupponit, Danielem hic locutum de Mefſiā, ex cuius verbis Chaldaicam vocem eamqve conſtructam ענן unice decerpit, qvicunqve illius autor eſt, & ad nomen proprium ענני Anani more Medraſchicis uſtato accommodat, conſirmaturus hinc, Anani eundem cum Mefſiā eſſe. Hinc argumentum: Qvalem Mefſiam Judeus intelligit per Anani i. Par. III, 22. talem putavit designari à Daniele. Sed Utopicum &c. (qvod patet.) Ergo. Tertiū ex immediate ſequentibus prodiſt. Statim enim in Medraſch Schocher tobh elenches contra Christianos ē verbis Psalm. II, 7. ad qvæ iſta notata fuerant, aeternam Mefſiā diuinitatem & generationem à DEO probantes, diſerte annexitur. De tali ergo Mefſiā intelligi volunt allata in hoc teſtimonio loca Mofis, Prophetarum, & Hagiographorum, qui non ſit aeternus DEI filius, & in qvem Christiani non credant.

§. XXII. Literales tandem, qvos recentiores omnes, nec eorum ullum novimus, qui non poſt mille demum annos ab exhibito vero Mefſiā surrexerit, nemo judicaverit, cum de Mefſiā loquuntur, alium intelligere, qvam imaginarium illum, qvem fruſtrā tot idololatricis votis & infidelibus ſuſpiriis expectant. Neque id diſſentir ſuperius memorati, modò cuiusqve glossam integrum consulamus. R. Salomo Jarchi exprefſe addit: ראות רומת

האומרים רימה כתווים וישראל רימה כבן אדם על שם Gentiles assimilavit bestiis & feris, sed Isra-
ellem assimilat filio hominis, propterea quia sunt mites & perfecti.
R. AbenEfræ: glossa, mutile, ut supra fecimus, adduci solita, sic ha-
bet integrè: יאמר רבי ישועה כי זה כבר אנש הוא
המשיח ונכון רבר רך והוא עט הקרש שם שם וישראל:
Afferuit R. Josua, per hunc, qui tanquam filius hominis apparuit, in-
telligendum esse Messiam, quod solidè quidem afferuit, modò populus
sanctus, qui est Israël, simul connotetur. Addit postea expresse:
תכל למלוך מושך הכהוב כי כל הנעשה בארץ
גiorות שמיים הם ואמרתי שוזה כבר אנש הוא וישראל
שהוא שם המין בעבור שאמר רניאל עלי עתק יומיא
ודינה וחב לקרושי עליונות והטעמ לשוחט נקמתה
בחוץ הרוביש: Poteris ex hoc textu discere, quod ea omnia,
qua in terrâ sunt, cœlitus sint decreta. Dixi autem, per hunc, qui
tanquam filius hominis apparuit, intelligendum esse Israëlem, (est enim
nomen Speciei,) propterea quia Daniel de antiquo dierum dicit vers.
22. Et judicium datum est Sanctis altissimi, cuius ratio est, ut vindi-
ctam sumant de bestiâ quartâ. R. Sahadiah Gaon expresse verbis supe-
riùs allatis annedit: כאשר כתבתי ואמרתי אין מלכות אין מלכיה
אחרת אחריו ישמעאל כתוב ובו מוחן ר' מלכיה
Prout scripti & dixi, non fore aliud regnum post Ismaëliticum
(quàm hoc Messia;) adeoque demum delecto regno Mohammedano futurum velut scriptum est Dan. II, 44. in diebus autem regno-
rum illorum &c. Et sic R. Joseph Jacchiades quoque addit:
ואליהו הנביא יקרבתו לפני Et Elias Propheta (quem sub
arbore vita in paradyso etiamnum sedere, & Iudeorum bona ac
mala opera in commentarios referre fingunt,) ipsum coram hoc ad-
ducet. En! Rabbinos suarummet glossarum in ipso contextu in-
terpretes optimos.

§. XXIII. Similiter è R. Abarbanelis contextu mox videbi-
mus, quo sensu Interpretes, quos ipse allegat, filium hominis de
Messia exposuerint, de Messia nempè, qui cum advenerit, Papam
Romanum de dimittendo populo suo, æqvè uti Moses olim Pha-
raonem, compellaturus fit. Sed quid de R. Jehuda Leone bar Be-
zaleel? Istoto illo libro Nezach Israël hoc unum agit, ut Judæos

D

hodi-

hodiernos, diuturnâ & tot jam seculis continuatâ captivitate pressos erigat, &, ne vel ad Christianos deficiant, vel de Messiae adventu planè desperent, certitudinem & necessitatem redemptionis Israëlitarum ex hâc ultimâ & gravissimâ captivitate, argumentis undecunqve conquisitis demonstret. Floruit circa confinia hujus & superioris seculi in Synagogâ Pragensi, imperante Rudolpho.

§. XXIV. Ita scilicet Judæi ad unum omnes testimoniiis illis, qvæ nobis consensum aliquem promittunt, reipsâ meras nugas agunt, & visionem Danieliticam nullatenus de Messiâ, de qvo accipienda est, interpretantur; sed ad Messiam suum, hoc est utopicum, imaginarium, nunquam futurum, non absq; CHRISTI & Christianorum contumeliâ detorquent. Non tamen id circò prorsum hæc testimonia spernimus, veluti in solidum negligenda; habent certe suum usum haud contemnendum tûm contra Novaturientes hereticos, tûm contra ipso met Judeos.

§. XXV. Priorem usum egregie cernimus in Anti-Grotianis Magnifici Dn. D. Calovii Tom. II. Bibl. Illustrat. V.T. fol. 619. ubi non *Grotium* modò, qvi totam hanc visionem de populo Romano nullum intra se habente Regem, sequere coram DEO, regum & regnorum judice, velut ad accipienda mandata fistere justo exposuit; sed & Jo. Henricum Biesterfeldum atqve *Henricum Meerbotum*, qvi principem terrenum, quem ipsimet designare nesciunt, per filium hominis intelligi comminiscuntur, in ruborem his in subsidium vocatis testimoniiis dedit, quasi ipsis deteriores Judæis, qvi agnoscant, hâc de Messiâ agi, et si id per excœcationem suam pessimè applicantes, cum illi contrâ vaticinium in alia omnia trahant, nihilqve ibi de Messiâ annunciatum hariolentur.

§. XXVI. Posteriorem usum sic obtinebimus, si in conflictu cum Judæis (1.) abstrahamus initio à quæstione, utrum hoc Danielis vaticinium completum sit, nec ne? deinde (2.) ex concessis disputemus, objectum Prophetiarum esse Messiam, cuius ibi regnum adumbretur; porro (3.) ex ipso textu definitiamus, qualem Daniel Messiam. & qualem regnum præviderit futurum; atqve sic demum (4.) ad applicationem procedamus; inquiramusqve, utrum ea potius Messiæ, quem Christiani colimus pri-

dem

dem exhibutum, an verò ei, quem sibi Judæi fingunt adhuc ventrum, convenientia? quo labore si dignè fuerimus defuncti, (5.) ostendamus tandem, veteres Rabbinos, à qvibus, hoc oraculum age-
re de Messiâ, recentiores traditione acceperint, illum Messiam intellexisse, cui verè hæc visio conveniat, quem cùm advenien-
tem Majores reprobarint, in ista deliramenta prolaplos, qvibus etiamnum fascinati implendum adhuc credant vaticinium, adeoqve (6.) confirmemus, jam olim illud impletum esse. Ethoc consilio sanè optimo & saluberrimo Excelléntissimus Dn. L. Ed-
zardus atqve alii peritiores id genus testimonia ubertim con-
quisivere.

CAPUT III.

R. Lipmanni contra Christianos, &

R. Abaranelis pro Judeis disputantium

strophe, earumq; discussio.

§. I.

Lestratis hactenùs Rabbinis, qvi in explicandâ hâc Danielis vi-
sione consensum cum Christianis præ se ferunt; ad illos nunc
pergimus, qvi aperte discentiunt, neq; ullo verborum fuso fallunt,
sed edisserunt libere, qvid, circa scopum & argumentum hujus
Oraculi, Judæi omnes credant, vel credere certè debeant.
Status qvæstionis est: An Daniel de Christianorum Messiâ vaticina-
tus, adeoqve in JESU CHRISTO visio hæc jam adimpta sit;
an verò de Messiâ qvodam egerit, qvi nondum venit, sed à Judeis
etiamnum expectatur, donec veniat, & Israëlitas ex diurno exilio
liberatos suo regno restituat? Prius Christiani contra Judæos; Po-
sterius Judæi contra Christianos affirmant. Qvòd si ergo Judæo-
rum conatus penitus intueri volupe sit, utrumqve perqvirendum,
tum qvid contra nostram Christianorum expositionem, tum
qvid pro suâ Judæorum interpretatione adferant.

§. II. Sic autem in hoc argumendo versabimur, ut, ne An-
dabatarum more depugnemus, duos nobis præcipuos feligamus
ex Hebræorum Polemicis, qyorum alter ἀνασκευασινῶς in Chri-

D 2

stianos

stianos irruat, alter *νατασκευαστικῶς* Judaicam sententiam defendat. Prius agit R. Lipmannus in libro *Nizzachon*, cuius editionem Hackspanio, emendationem Wagenseilio debemus; Posterior R. Isaac Abarbanel in libro *Majene hajeschuah*, Constantinopoli primū aut Ferraræ, dehinc clapsō seculo integro Amstelodami ante duos & triginta annos iterum excuso. Utrumq̄e verbotenū in scenam prodire jubebimus, & qvæ in eorum commentis notanda erunt, strictim animadvertemus.

§. XIII. Primus igitur prodeat gloriosus ante victoriam Triumphator, R. Lipmannus, cuius thesis anti-Christiana hæc est: *Errant Christiani, quando bunc Danielis visionem de JESU Nazareno exponunt.* Ita enim ipse eam stricturis suis præmisit, numer. CCCXXIX, p. 179. cùm verba textus nostri recitasset: **אֲתָה פִּרְשׁוֹ הַנֶּצֶרְמָן עַל הַנֶּצֶרְמָן אֶרְם בְּנֵי מִן** Hanc pericopam Christiani exponunt de Jesu Nazareno, quando eum dicunt hominem de caelo venisse; sed illis contradicere atq; os obturare paratus sis. Argumenta postmodum præt, qvibus Christianos erroris posse convinci putat, qvorum sex numero totus hic ejus elenchus exhibet, ordine, qvo se invicem excipiunt, perpendenda.

§. IV. Primum argumentum petit à denominatione subjecti sive personæ Danieli visæ, qvæ Jesu nostro non conveniat, qvippe qvi non filius viri, qualis hic dicitur, sed mulieris à nobis habetur: **הַרְיָה בְּחִרְיוֹת אָמַר כִּכְרָא אָנָשׁ וַיַּדַּע שָׁנֵן לְשׁוֹן זָכָר וּמַלְשָׁן אֲנָשִׁים הוּא נִמְצָא מִבָּור שְׁהַנְּכָר כֹּאן בְּנֵי אִישׁ חֲנוֹן וּשְׁלֵמָה אָב שְׁהֹוא אֶרְם וְלֹא יְכוֹלָם לְפִרְשׁוֹ עַל אֶם הַנְּצֶרְמָן דָּאֵיכְךְ הוּא לִירָח לְוָרָכְרָא נְשִׁיאָה שְׁחִיאָה Ea! expressè dicit Propheta: **TANQVAM FILIUS ÆNASCH** Atq; vi notum est, **τὸς ÆNASCH esse generis Masculini;** significare viros. Ergo manifestum est, eum, qvi hic memoratur, esse filium viri, & habere patrem, qvis sit homo. Neg. hoc possunt de Matre Jesu Nazareni exponere; id enim si Propheta voluisse, dicendum ei fuisse: **TANQVAM FILIUS NESCHAJA**, hoc enim nomen fæmininum est, & mulieres significat.**

§. V. Assumo argumentum: *Qui non est filius viri, de eo haec Danielis visio non loquitur.* Atq; Jesus Nazarenus (ex Christianorum

norum mente) non est filius viri. Ergo de Iesu Nazareno hec Danielis visio non loquitur.

Major falsa est, in cuius probatione sycophantiam apertè committit. Noverat satis, (1) וְהַמִּן אֲנָשׁוֹת esse nomen speciei, ut R. Aben Esra observabat, & foeminam æqvè ac virum comprehendere, planè uti Hebræum nomen אֶרֶם, reddendum qvæ adeò, *filium hominis*, non *filium viri*. Noverat, (2) *filium hominis* per hebraismum dīci *hominem*, eum etiam, qvi ex hominibus prognatus non est, tantum abest, ut eum non designet, qvi ex muliere, et si sine prævio viri congressu, natus est verus homo. Syrus certè, ferente sic lingvæ idiotismo, *Adamum*, primum hominem, qvi nec patrem nec matrem habuit, sed à Deo è terra glebâ creatus est, **אֶנְשָׁה** *filum hominis*, hoc est verum hominem vocat.

Rom. V, 15. 19. ubi & CHRISTUM cum Adamo collatum eodem nomine appellat. Addo (3.) si ponamus, per וְהַמִּן intelligi *virum*, accipiamus verò individualiter de primo omnium parente Adamo, qvemadmodum Vulgatus loca *Gen. XI, 5. Deut. XXXII, 9. Cob. III, 21. Jer. XXXII, 19.* & fortè alia exposuit, nemo Christianorum (in Minore) negaverit, Iesum esse filium Adami (*Luc. III, 38.*) primi omnium viri, non quidem vi benedictionis matrimonialis *Gen. I, 28.* protoplastis concessæ procreatum, (si quidem non vi ὀνυδρεως πλαστης aminantibus communis procreatus est) sed vi οἰκονομίας gratiæ post lapsum dispensatae, qvâ ex Adamo ejusqvæ posteris descendit, qvæ est benedictio specialis & promissio Evangelica, unde non naturali, sed supernaturali Spiritus S. virtute atqve ἐπιλέγεται conceptus & ex Maria virgine natus est. Sed cùm ista captum irregeniti Judæi superent, sufficit (4.) in phrasi textū superiùs expositā subsistere, atqve Majorem, qvalis debebat poni, sic emendasse: *Qui non est filius hominis, de eo Danielis visio non loquitur.* Jam probet Minorem Rabbi, si ipse VIR est.

§. VI: Secundum argumentum sumit ab universalitate Regni & amplitudine dominii Messiae collati, qvæ nostri JESU regno haud conveniat, utpote per universum mundum non diffuso:

D 3

שָׁלֹטֵן

שׁוֹלְטָן וּקְרָבָן וּמֶלֶךְ: וְכֵל עַמְמִיא אָמֹםָא וְלִישְׁנִיא לְהָיָלְחָן
שׁוֹלְטָנוֹתָה עַלְמָה דַי לְאָה יְעִירָה וְאַיְן אַמְנוֹתָה הַנוֹּצֶרֶת
בְּכָל הַעוֹלָה וְאַעֲשֵׂה עַל קְבָרוֹ אַיְם מַוְשָׁלִים:

Propheta porro statim determinatè enunciat: Et usq; ad antiquum dierum pervenit, & data ei est potestas, & gloria, & regnum, & omnes populi, nationes & lingvæ ei servient, potestas ejus est eterna, que non deficiet. Atqui religio Christiana sub Iesu Nazareno non est in toto mundo; usq; adeò, ut ne sepulchrum quidem ejus sit in Christianorum potestate.

§. VII. Assumo:

Cujus Regnum non est in toto mundo, de illo non agit hæc visio Danielis.

Atqui Iesu Nazareni regnum non est in toto mundo.

Ergo de Iesu Nazareno non agit hæc visio Danielis.

Pro limitatione Majoris distingvendum (1.) inter regnum Spirituale & terrenum. Non de hoc sed illo Major loquitur. Neque alter Judæus accepisse videtur, qvando (2.) in Minore Regnum Iesu vocat אַמְנוֹתָה הַנוֹּצֶרֶת fidem Nazareni, sive religionem Christianam, Christianis hic iterum concedens, qvod animo negabat, Iesum Nazarenum habere regnum spirituale, qvod verbo administret, & adversus hostes defendat, atqve à qvo viciissim Rex ex verbo agnoscatur, invocetur & colatur. Posito igitur, Ecclesiam Christianam esse regnum Jesu, non tamen, inquit, tale regnum est, quale Propheta vidit Messiæ datum, cui omnes populi, nationes & lingvæ serviant. Qvam Minorem (3.) non sine aculeo probat à denegato ipsis in sepulchrum Regis sui dominio. Nempe, qvæ ejus ætatis superstitione erat, etiamnum in Papatu frequentata, tot peregrinationes Christianorum ad loca sancta, & in primis ad sanctum Domini sepulchrum, videbat suscipi, tot noverat expeditiones ad occupandam Palæstinam & vindicandum sepulchrum Jesu Christi emissas, atq; in recenti memoria ei adhuc erat magna strages à Saracenis illata, qvā omnem copiam ingrediendi in Domini sepulchrum tam religiosè cultum amiserant Christiani, non nisi auro infidelibus persoluto precario intromittendi. Ejus apud Rabbinos quoq; non infreqvens mentio. R. Abarbanel in Majene hajeschuah font. XI. Psalmi II X f. LXXXVI. col. 1.

כ

כָּל הַנְּצִירִים מְאוּוֹם בָּאָרֶץ חֲרוֹבָה לְחוֹזֶה שֵׁם תְּלִיָּתָן: **קְבֻּרָה אֱלֹהִים:** Omnes Christiani terram illam Sanctam cum desiderio petunt, quia ibi sepulchrum Dei ipsorum custoditur. Iterum in Comm. ad Obad. v. 1. fol. CCLV. col. 1.

בָּיוֹרֶשְׁלָם כָּל קְרוֹשָׁת בעמיהם: **רְתַת הַנְּצִירִים** וּקְבֻּרָה יְשֻׁוָּבָה אֱלֹהִים וּמִפְנֵי זה כָּבֵר עַצְמָה: **אַחֲרוֹתָן** רְתַת עֲרוֹרָה לְכַבֵּשָׂה לְזֹאת הַסְּבָחָה עַצְמָה: *Jerosolymis est omnis sanctitas religionis Christianorum, & sepulchrum Iesu, DEI ipsorum, atq[ue] ideo jam olim aliquoties ad occupandum, eum locum h[ab]et ipsa de causa sese accinxerunt. Hanc igitur jacturam falsè Christianis objicit Lipmannus, & veluti subridens Minorem nullā indigere probatione sic ostendit, tantum abesse, ut regnum Jesu Nazarenī universale sit, ut potius locum ipsius cultui vel maximē destinatum occupent non subditi, sed regni ejus hostes subditos à cultu arcentes. Non ergo ad extremos demum fines terræ abeundum, ut inquiratur, an omnes populi, nationes & linguae Nazareno serviant? cum in ipsa quasi regia ei servitum denegetur. Hic nervus est argumenti Judaici, qvi (4.) observato saltē linguae idiotismo, quo futurum servant non de facto vel eventu, sed de jure & debito exponendum notabamus, nullo negotio inciditur, adeoque Majorem, si vi textū concedi debeat, ceteroquin negandam sic informamus: Cui non tale regnum datum est, cui omnes omnino in mundo populi, nationes & linguae se de jure submittere debeant, de illo non agit hec visio Danielis. Jam iterum probanda Minor. Quae responsio è philologiā unicè petita nobis in praesenti sufficit, ne (5.) opus sit, pluribus de regno JESU CHRISTI, ejusque naturā, deque ejus universalitate differere, quae ridebit potius Judæus, quam ut cum attentione excipiat.*

§. IX. Tertiò ad subjecti denominationem relabitur familiari Judæis *duebodeia*, atq[ue] sic arguit: **ועור שאמר כבר אנש** וּלְטַעַותָן **כבר אלות מיבעי לוי:** Porro & hoc Christianis obstat, quod Propheta ait, hunc sibi visum fuisse tanquam filium hominis. Atqui juxta errorem ipsorum dicere potius debuisset, fuisse tanquam filium DEI.

§. IX. Assumo:

Qui non est filius hominis, de eo Daniel hic non agit.

Atqui

Atqui Iesu Nazarenus (ex sententiâ Christianorum) non
est filius hominis, (sed filius Dei.) Ergo.

In quo argumento (1.) bene se habet, qvòd responzionem ad pri-
mum argumentum admittit, & Minorem, qvod urgebamus, pro-
bare aggreditur. Probat autem (2.) ita, ut puerulis Christiano-
rum obvia sit responso, qvi Iesum nostrum DEI simul & hominis
filium confitentur. Notamus saltem, (3.) dicendum minimè su-
isse ex Christianorum sententiâ, tanquam filium Dei, qvod illis
imputat, non enim quâ DEI filius exaltatus est, sed quâ filius ho-
minis. Etsi enim persona θεοθέωπτος exaltationis subjectum est,
consideranda tamen est secundum illam naturam, qvæ capax est
exaltationis. Secundum divinam naturam nihil Christus accepit
in tempore, nihil ex gratiâ habet à Patre, sed omnia per naturam,
& Majestatem suam semper cum Patre exercet; adeoq; secundum
eam, h. e. quâ DEI filius, adduci ad antiquum dierum, sessurus
ad DEI dextram, non potuit. At sicuti secundum humanam
naturam dona & majestatem divinam in unione accepit, & se-
cundum eam qvoq; acceptæ hujus divinæ Majestatis usurpati-
one plenariâ se evacuavit: ita & secundum illam, h. e. quâ homi-
nis filius, in exaltatione ad DEUM Patrem adductus est. Merè
ergo sycophantatur Judæus, cui (4.) non malè confessio Synedrii
malè Iesum nostrum blasphemæ condemnantis objicitur. Cùm
enim is diceret: *Videbitis FILIUM HOMINIS* sedentem à dex-
trâ DEI, & venientem in nubibus Cœli; qværebant omnes: Tunc
ergo FILIUS DEI? Matth. XXVI, 63. agnoscentes nimirum, *Filiū*,
hominis à dextrâ DEI sedentem & in nubibus venientem, de qvo Da-
niel hic, (in qvem oculos se intendisse apertè innuunt,) loquutus
fuerat, & *Filiū Dei* converti, quasi dixissent: Tunc es *Filius ille*
hominis, de qvo Daniel, qvi est *Filius DEI*, verus nempè *Messias*?
Qvam observationem debemus Jo. Ligthfooto Hor. Hebr. & Talm.
in Job. V, 27. pag. 1014. qvem hoc omnino confer, nam & eundem
locum Job. V, 27. Pater dedit filio potestatem faciendi judicium, ὅτι
ἡ δὲ θεοθέωπτος qvia filius hominis est, cùm textu nostro confert, qvem
Salvatorem verbis istis respexisse, non abs re conjicit. Eadem
idem Ligthfootus notavit ad illa Stephani Act. VII, 56. *Video cœ-
lum apertum*, & *filiū hominis* stantem à dextris DEI, qvibus e-
loqui

Ioqvi putabat Protomartyrem, se jam videre illud Danielis in JESU adimpletum. Videatur ipse Horis Hebr. & Talm. in Acta Apost. pag. 77.

§. X. Quartum argumentum ex Visionis interpretatione ab Angelo interprete ejus infallibili Prophetæ datâ depromit, in quâ diserte ad Israëliticum populum referatur, qvod cùm palmarium sit, paulò operosiùs in illo defudat: וְעוֹד שָׁמַר הַמֶּלֶךְ רַדְנִיאֵל בְּפְתֻרוֹן מִן הַחֲלוֹם הַוְּהָזֶה וּבְבוֹאָה דָּוּ מֶלֶכְתָּה תְּחֻסֵּס כָּל שְׁמַיָּה וְהַבְּרִית לְעֵמֶק קְרוֹשִׁי עַלְיוֹנִין מֶלֶכְתָּה מֶלֶכְתָּה עַל נִמְצָאת שְׁחַתּוֹם לֹא קָאֵן עַל אֶרְם אֶחָד לְכָרְבָּה כִּי אֶסְמָה עַל עַם יִשְׂרָאֵל שְׁוֹהָרָה מֶלֶכְתָּה מֶלֶךְ בָּנָם מֶלֶךְ עַד סְופְּ הַעוֹלָם וּמְשִׁלְתָּהָם יְהֹוָה בְּכָל הַעוֹלָם. וּבְכָל כְּרָחֶם עַמְּךָ קְרוֹשִׁי עַלְיוֹנִין לֹא וּמְכוֹלָם לְפָרֵש כִּי אֶסְמָה עַל יִשְׂרָאֵל שְׁהָרוֹן כָּאן אָמַר בַּתּוֹךְ הַפְּתֻרוֹן שְׁמֶלֶךְ הַשְׂיוּרִי וְהַר טִיטּוֹס לְקְרוֹשִׁי עַלְיוֹנִין וּבְלָא פִי וִצְוקָה עַד עִידָּנִין וּבְלָגָעָרִין: וּבְן כְּתוּב בְּסֻוּמוֹ כְּשַׁאֲלָל הַמֶּלֶךְ לְלִבְשׁ חַבְרוּם עַד מִתְּ קָא הַפְּלָאוֹרָה וְהַשְׁבָּבוֹ לְמוֹעֵר מְעוֹדרִים וְחַצִּי הַמּוֹעֵר וְאַנְן אָמָּה בְּמִצְוקָה עַדְן עִידָּנִין וּפְלָגָעָרִין. גַּם אֵין סְפָק שְׁמֶלֶכְתָּה עַלְמָם חַנְאָמָרָת לְמַעְלָה שְׁוֹחוֹ לְהַבְּיאָה צָרָק עַולְמִים שְׁנָאָמָר לְמַטָּה בְּסִי' שְׁלָב וּשְׁמָנָה נִאָמָר עַם רַדְנִיאֵל שְׁוֹחוֹ וּשְׁרָאֵל. נִמְצָאת מְבוֹאָר שְׁעַם קְרוֹשִׁי עַלְיוֹנִים הַמֶּה יִשְׂרָאֵל וְלָהּ וְהַבְּרִית מֶלֶכְתָּה כָּל שְׁמַיָּה מֶלֶכְתָּה עַלְמָם הַכְּתוּב לְמַעְלָה: *Ulterius contra Christianos est, qvod Angelus Danieli ait in interpretatione somnii hujus (v. 27.) ET AMPLITUDO REGNI SUB OMNI COELO DATA EST POPULO SANCTORUM ALTISSIMI, CUIUS REGNUM EST AETERNUM. E quo consequitur, hoc somnium non agere de unico duntaxat homine, sed de uno populo, eogz Israëlitico, qvorum regnum ad finem usq; mundi successivum, & dominium in universum mundum, sit futurum. Ceterum hunc populum sanctorum altissimi, velint nolint, non tamen possunt, nisi de Israële interpretari. Nam hic in mediâ interpretatione dicit Angelus, (vers. 27.) Regem decimum, qui est Titus, sanctos Altissimi contritum, hoc est, afflictum usq; ad tempus, & tempora, & dimidium temporis. Id quod similiter & in fine libri hujus (Cap. XII, 6. 7.) scriptum est*

quando angelus virum lineis indutum interrogabat: USQUE QVO FINIS MIRABILIUM? is verò respondebat: Usq; in tempus, & tempora, & dimidium temporis. Atq; nullus populus per tempus, tempora & dimidium temporis in afflictione constitutus est, præter Israëliticum. Adhuc Regnum illud aeternum, quod superius memoratur, sine dubio est illud, de quo inferius dicitur, (Cap. IX, 24.) allaturum esse justitiam aeternam, quo de agetur Numero CCCXXXII. Atq; hoc ibi vocatur Populus Danielis, qui est Israël. Ergo manifestè seqvitur, populum sanctorum altissimi esse Israëlem, eidemq; datum esse regnum universale & aeternum, quod superius descriptum est.

§. XI. Assumo:

Angelus visionem hanc non de Jesu Nazareno, sed de populo Israëlitico exponit.

Ergo visio non de Jesu Nazareno, sed de Populo Israëlitico agit.

Antecedens qvoad utrumq; membrum probatur. Qvoad prius, qvia non de unico homine, sed de populo integro exponit. Ergo non de Jesu Nazareno, qvi unicus homo est. Qvoad posteriorius, qvia ex collatione tūm cum versu 25. hujus Capitis, & Cap. XII, 6. 7. tūm cum Cap. IX, 24. patet, populum sanctorum Altissimi esse Israëlitas. Hæc summa est prolixioris illius elenchi.

§. XII. Sed Respondeo, (1.) per instantiam ad probationem prioris membra: Angelus de populo integro visionem exponit, non de unico homine, Ergo nec de Messia Judaico, quod contra omnes Judæos. Qvicq; id ergo hic exceperit, id sibi à Christians qvoq; responsum putet. (2.) Καὶ ἀληθεαῖς, Angelus populo integro datum esse dicit regnum, eo modo, qvo alias unico Nebucadnezare regnum Chaldæis datum, unico Cyro & Dario regnante regnum Persis vatum, unico Alexandro regnante regnum Græcis datum dicitur. Sic ergo & populo sanctorum Altissimi, h.e. Christians datum esse regnum dicit Angelus, quando datum illud est. CHRISTO, eorum Regi. Id ergo tantum (3.) controvertitur, an per hunc populum Christians, an verò Judei designentur? Nos Christians intelligi aſterimus, de qvibus Psal. CX, 3. qvippe qvi sunt populus JESU CHRISTI sanctus, eleitus, ē mundo segregatus, ſive in militante, ſive in triumphante ecclesiā viuant, i. Pei. II, 9.

2. Thess.

2. Thess. I, 10. Apoc. XI, 18. XIII, 7. XX, 6. &c. Lipmannus contra
 (4.) pro Judaeis, seu populo Israëlitico confert ex iisdem angelis verbis
 versum 25. ubi Titum Vespasianum prædixerit ad tempus, tempora,
 & dimidium temporis afflictorum populum sanctum, qvemadmodum o-
 dum & Cap. XII, 6. 7. repetatur, qvod nulli populo, præterea m.
 Israëlitico, congruat. At grande postulatum est, Regem decimum m.
 esse Titum; qvid, qvod ne Regi qvidem decimo, sed **לאחר** alii
 post decem Reges consurgenti illa in populum sanctum crudelitas
 adscribitur? qvis calculum *temporis, tempora, & dimidiū temporis*
 tam exacte Rabbinum edocuit, ut nullum populum præter Israëli-
 ticum tam diu afflictum sciret? Pridem Nostrates demonstrarunt,
 angelum de antichristo locutum, eoqve cùm Orientali *hoc Cap.*
versu 24. 25. tùm occidentali *Cap. XI. & XII.* qvorum uterque fan-
 ctum Jesu Christi populum satis crudeliter affligat. Circa sup-
 putationem temporis hic indicati incertam, et si illa ab aliis aliter at-
 que aliter instituatur, tutissimum fuerit **τὸ επίχειρον**. Qvod vero
 tandem (5.) populum hunc eundem putat cum illo, qui *Cap. IX, 24.*
Populus Danielis dicitur, falsa hypothesis est. Ibi namque *populus*
Danielis ratione communis tùm sanguinis, tùm religiⁿis sic dictus,
 de quo sollicitus fuerat Daniel, subjectum est, cuius re^o spectu DEUS
 tempus LXX. hebdomadarum determinavit, circa quārum de-
 cursum venturus sit Messias; hic autem *Populus sanctus* ille est,
 qui exhibitum Messiam suum Regem, eundemque religiosè colit
 & veneratur, ex universis populis, nationibus & linguis colligen-
 dus; adeoque ibi *Judei*, hic *Christiani* intelliguntur. Neque **τὸ**
להבניא צדך עלמים adducere justitiam eternam ibi de popu-
 lo Danielis, sed de Sanctissimo ungendo, h.e. de Messia, de Jesu
 tunc è populo Danielis nascituro enunciatur, cuius ideo nomen
 est **יְהוָה צדְקָנוּן** *Jehova Justitianostra, Jer. XXIII, 5. 6. XXXIII, 15. 16.*
 (6.) Lipmanni argutiæ, ad quas hic provocat, sic habent *Num.*
CCCXXXII. p. 182. Angelum ibi destructionem templi secundi &
 captivitatem, in quā hodiernum vivunt, prædicere post LXX. heb-
 domadas futuram, (haec tenus bene; male autem, qvod sequitur:)
ונזון להבניא צדך עלמים ר'ל ניראת משיתנו שיתקיים
מצור

במצות הש"י עם עמו עולםים : Atq; in illâ captivitate erit, ut consummetur prævaricatio, & obsignetur peccatum, & deleatur iniq;itas, & adducatur justitia eterna, hoc est, adveniat Messias noster, qui servabit præcepta DEI cum populo suo in eternum. Notat ergo, vaticinatum ibi fuisse Danielem de Messia ex hac demum ultimâ captivitate prodituro. Qvod ad examen revocare, hujus loci non est. Conferantur Autores, qui de LXX. hebdomadis Danielis scripserunt.

§. XIII. Quinque à perpetuitate & eternâ duratione regni Messiae hic prædicta argumentatur, quippe quæ JESU nostro nequeat applicari : וראה ברורה מכאן שלא בא משיח עירין כי לשבוא לך יפסוק מלכותו : Sed exinde argumentum sumitur manifestum, quod Messias nondum venerit, nam cum adverbit, regnum ejus non deficiet.

§. XIV. Assumo:

Cui non competit perpetuitas regni, de eo in hoc textu non agitur.

Atqui Iesu Nazareno non competit perpetuitas regni. Ergo.

Sic enim interpretor verba Judæi, et si per ambages demum ad hoc argumentum descendat, atque aliud à Messia nondum exhibito vel inclusum vel præmissum velit hoc modo: *Messias nondum venit. Jesus Nazarenus venit.* Ergo Jesus Nazarenus non est Messias, ac conseq;enter hec visio Danielis, cuius Objectum est Messias, de Iesu Nazareno non agit. Verum cum Majorem hujus circuli sui à duratione regno Messiae à Daniele hic attributam, nulli, qui pro Messia unquam habitus est hactenus, applicabili probet, satius est, tot Judæi sophismata ad unicum illum syllogismum reducere, cuius Minor simpliciter falsa est. Probetur, Iesu Nazareno non competere perpetuitatem regni. Nihil probat, quam communiter objiciunt, mors ejus; non enim mortuus tantum, sed & resurrexit: quid? quod eum in hac visione Propheta post resurrectionem demum ascendentem in cœlum & regnum eternum ab antiquo dierum accipientem viderit. Nihil probat devastatio & excisio tot ecclesiarum orientalium, quarum sedes & domicilia occupavit Mohammedana impietas; Particulares enim sunt ecclesiæ,

clesiæ, qvarum interitus nihil derogat perpetuitati ecclesiæ catholicæ atqve universali, adversus qvam portæ inferorum non valent, Matth. XVI, 18. Neqve hæc regni Jesu Christi perpetuitas de solâ militante ecclesiâ, sed potissimum de triumphante prædicator, nullum in omnem æternitatem unqvam dænum aut decrementum passurâ.

§. XV. Sextum deniqve argumentum quasi corollarii loco Christianis solvendūm, si possint, ex angelicâ visionis hujus interpretatione contra doctrinam de Messiâ pridem exhibito, deqve Jesu Nazareno, qvòd sit Messias, objicit: וְאַשְׁר תֹּוּשִׁים הַנּוֹצִירִים וּמַהֲפָכִים הַתּוֹרָה וְאוֹמְרִים שֶׁכְּבָר בֵּין מִשְׁיחָה וְזֶה הַנּוֹצִיר הַלְּתָה זֶה מִפּוֹרֵש עַל חַיּוֹתָה רְבִיעִירָה שִׁוּרוֹן מִלְכָות Qvòd verò Christiani errant, & legem pervertunt, ac dicunt, Messiam pridem venisse, cumq; esse Jesum Nazarenum, annon hoc de bestia qvar-tâ, qvæ ipsorum Monarchiam significat, enunciatum est, eos nempè ita erratuos? Sic enim dicitur vers. 25. Conabitur mutare tempora & legem.

§. XVI. Indignum fere, qvod assumatur, assumo tamen:

Qvam doctrinam inter execranda Christianorum facinora numerat Angelus, ea erronea est.

Atqui doctrinam de Messiâ pridem exhibito, deg̃ Jesu Nazareno, qvod sit Messias, inter execranda Christianorum facinora numerat Angelus.

Ergò doctrina de Messiâ pridem exhibito, deg̃ Jesu Nazareno, qvòd sit Messias, erronea est.

Ad Minoris probationem ex vers. 25. desumptam, nego (1.) conatum mutandi tempora & legem de bestiâ quartâ, qvæ Romano-rum Moriarchiam designabat, enunciari. Tribuitur enim alii post decem reges quartæ Monarchiæ consurgentî, per cornu parvum bestiæ illius denotato vers. 24. Nego (2.) hunc regem, cui iste conatus attribuitur, esse Christianos. Ipse Lipmannus (licet male) hæc attributa Tito Vespasiano transcripserat, ceu modò vidimus §. X. & XII. cur jam ad Christianos transfert? Diximus autem, ea omnia, qvæ vers. 24. & 25. habentur, Antichristo Orientali, sive Mohammedi competere. Nego (3.) mutationem temporum

de מישיה tempore Messiae accipiendam, quasi illud, cum futurum adhuc sit, per doctrinam de Messia pridem exhibito in præteritum mutetur. Longè rectius ea ad epocharum mutationem referetur, quâ illas à morte Mohammedis, aut à fugâ ejus supputant Mohammedani, item ad mutationem annorum solarium cum lunaribus, quos Hegiras vocant, ad mutationem Sabbathi aut diei dominicæ in diem Veneris &c. Nego (4) mutationem legis significare legis Mosaicæ cum Evangelio JESU CHRISTI commutationem, vi cuius Christiani Jesum Nazarenum pro Messia colant. Longè rectius de statutis quâ sacris, quâ profanis interpretabimur, quæ Mohammedes pro lubitu, & prout ratio status exigere videtur, immutat. Nihil ergo pro suâ minore assert, quod speciem solùm probationis habeat. Atque adeò nihil obtinuit hoc ariete, quô antecedaneis argumentis subvenire voluit Lipmannus.

§. XVII. Mittamus igitur hunc ineptè gloriosum, suis nudatum armis, & alterum nunc producamus R. Abarbanel, qui pro Judæis catastrophicè depugnat. Nam operosè hoc unum agit, ut totam hanc visionem de Messia adhuc venturo, & Judæos ex captivitate hæc liberaturo agere, per omnes circumstantiarum minutias dederat. Quem ideo ad verbum paulò diligentius hoc transferemus, quia eum à quoq; Latio donatum (etsi totius libri versionem aliquoties publicè Gvilielmus Henricus Vorstius promiserit,) vel ejus saltem interpretationem pleniùs relatam, nondum novimus, in animadversionibus tamen subinde interspègendiis eò breviores futuri, quò ipse est prolixior, ne in immensum hæc exercitatio excrescat.

§. XIX. Ceterum illius in Danielem commentarium, ex Iesa. XII, 3. mutuò accepto titulo מושעה Fontes salutis inscriptum esse, vel ex Rabbinica Bibliotheca Buxtorfi pag. 347. aut ejus magnam partem expiatoris Plantavitiæ num. CCCLXXXVI. fol. 507. constat. Alludens enim ad mansionem Israëlitarum Eli-miticam, in duodecim fontes & septuaginta palmas eum dispergit. Hanc autem visionem fonte IX. palma IX. fol. XLIX. col. 3. & seqq. perseqvitur, cumq; istam palmam ei unicè destinari, statim commentationem suam sic exorditur: אחריו שוכר רניאל מה שומך מן הרין העליון והחנהה האלהות אשר תקם

תקום במלכות שרי בחרבן אומת הרשעה ובוטול
שלטנותם שאר האומות ונכר אחר כן שם ימשך מאותו
זמן אלמי נאלה האומה היישראלית ופָרֹונה כבורה
Postquam Daniel meminerat, quid è judicio supremo &
providentia divinā proveniat, qua in regno Omnipotentis consistet in
devastatione gentis pessimae, & extirpatione potestatum ceterorum
populorum; jam porro meminit, quod etiam ex illo ipso judicio divi-
no liberatio populi Israëlitici, eusq; tum redemptio, tum gloria &
dominium sequatur. Habes ergo hīc in limine thesin Judaicam, visi-
onem hanc Danielis agere de redemptione populi Israëlitici adhuc
futurā, quam cum Messia adventu conjunctam paulo post ostendet.

§. XIX. Pergit hinc statim ad exponendum Danielis exor-
diolum, cuius hanc reddit rationem: ולהות זה עניין ומהזה
בפני עצמו אמר בו חזי הוייר בחזו ליריא להניר שבאות
לילה העצומה ראה זם גב כי הוא והבריות סמכים ומתקשרים
Cumq; hec peculiaris aliqua res & visio sit per se seorsim
consideranda, hinc præmittit: VIDENS FUI IN VISIONIBUS
NOCTIS, ut eō significet, se hoc quoque in illâ ipsâ nocte vi-
dise. Nam res hic descriptæ inter se conjunctæ, atq; invicem quasi
copulata fuerunt. Ubi animadvertere liceat astutiam Rabbini,
qui sic lectoris animum occupare voluit, ad imbibendam senten-
tiā mox secuturam præparandum; quasi Propheta ipse hoc ex-
ordio insinuet, hanc visionem cum præcedentibus partim con-
jungendam, partim ab iis distingvendam. Distinctum esse,
quia distinctum habeat objectum, novum videlicet regnum ab
antea repræsentatis diversum, unde eandem formulam repetie-
rit Propheta, quā ante-memorata visionis objecta, maximē qvar-
tam bestiam à prioribus distinxerit. Conjungendam tamen, eo
modo, quo se invicem bestiæ in ejusdem noctis visione conspe-
ctæ, quatuor Monarchias adumbrantes, exceperint, ut quemad-
modum deleta Monarchia Babyloniorum succedebat secunda Me-
dorum & Persarum, extirpatâ hâc succrescebat tertia Græco-
rum, & hâc intereunte exsurgebat quarta Romanorum; ita hoc
qvintum Israëlitarum regnum, quod hâc ultima pars visionis præ-
figret, per Messiæ adventum non prius inchoandum credatur,
quam Romanorum imperium, quod etiamnum duret, funditus
fit

35

36

37

38

39

fit eversum. De quo ordine, & successione regni Israëlitici in locum imperii Romani ipse mox pluribus agit.

§. XX. Saltem enarratio textus ejusdemque partitio ei videbatur præmittenda, quam ita instituit: וְהוּא אָמַרְנוּ וְאָרוּ עַם עֲנֵנוּ שְׁמִינִית כִּבְרִי אָנָשׁ אֶתְיוֹ הַוְהָ וְעַד עֲתִיק יוֹמִין מִתְחַזֵּק וְקַרְמוֹתָיו הַקְרֻבָּותִי וְהַנְּהָרָה נַחַן גַּס בְּרַבְרַת הַוְהָ מִשְׁפְּטִים עֲתִידּוֹת לְהַוְהָתִי. הַאֲ וְאָרוּ עַם עֲנֵנוּ שְׁמִינִית.

חַבְרָי כִּבְרִי אָנָשׁ אֶתְהָתִי. גַּגְ וְעַד עֲתִיק יוֹמִין מִתְחַזֵּק. הַרְ קַרְמוֹתָיו הַקְרֻבָּותִי. הַהְ וְלָהְ יְהָבָ שְׁלָטָן וְיִקְרָרָ וְכָלָעַמְמִינִית אָוְמִיא וְרַשְׁנִינִית לְהָיְלָחָן. וְהָיָ שְׁלָטָנוֹתָ שְׁלָטָן עַלְמָה דַּיְלָא וְעַדְהָ וְמַלְכוֹתָה דַּיְלָא תַּחַכְלָ וְרָאוּן לְפָרָשׁ עַלְמָה יְוּרוּ כָּלָ אַחֲרָ מְהֻעָנִינִים הַאַלְלָה.

Sic autem habet ipsius prophetæ sermo: ET ECCE CUM NUBIBUS COELI QVASI FILIUS HOMINIS VENIEBAT, ET USQVE AD ANTIQVM DIERUM PERVENIT. ET IN CONSPECTUM EJUS OBTULERUNT EUM &c. In quo sermone suo aliquot rerum futurarum Propositiones dedit. Prima est: ET ECCE CUM NUBIBUS COELI. Secunda: QVASI FILIUS HOMINIS VENIT. Tertia: ET USQVE AD ANTIQVM DIERUM PERTIGIT. Quarta: IN CONSPECTUM EJUS OBTULERUNT ILLUM. Quinta: ET DEDIT EI POTESTATEM, ET GLORIAM, ET REGNUM, ET OMNES POPULI, NATIONES, ET LINGVÆ IPSI SERVENT. Sexta: POTESTAS EJUS POTESTAS ÆTERNA, QVÆ NON AUFFERETUR, ET REGNUM EJUS QVOD NON CORRUMPETUR. Harum rerum unum quodq; qvid doceat, meritò per comparationem accuratius instituendam exponendum est. Ex his de methodo futurae tractationis constat, quam sibi talem proposuit Abaranel, ut post vindicationem suæ sententiæ circa scopum & sensum visionis, convenientiam singulorum verborum cum sensu Judaico in singulis hisce sex memoratis partibus ordine demonstret. Suntq; adeò duo tractationis membra principalia; Vindicatio & Declaratio. In illâ argumentum ab ordine & συναρφείᾳ textus urget; ex hac aliud ab exactâ vissionis

sionis cum adumbratā, qvæ putatur, Judæorum liberatione convenientiā ultimè conficitur.

וְאָמַר שָׁמָאשֶׁר זִכְרָה
 הַנּוֹבֵא רָאשׁוֹנָה חֲרֵבָן רֹומי וְאַחֲרָיו זִכְרָה נְאוֹלָתָן
 וּשְׁرָאֵל וְתְשׁוּבָתוֹ לִמְרָנוֹ בְּלִי סְפָק שְׁכָן יְהוָה בְּעֵת
 שְׁרָאֵלָה תְּחִרְבָּה רֹומי וְאַחֲרָיו כִּי יִתְגָּלֵה מֶלֶךְ הַמָּשִׁיחַ . אָמַר
 בְּפִרְקֵי ר"א שֶׁלְשׁ מַלְחָמָות שֶׁלְ מַחְמָמָת עַתְּדוֹרִין בְּנֵי
 וּשְׁמֻעָאלָן לְעָשָׂוֹת בְּאַחֲרִוּת הַיּוֹמִים שֶׁנָּאָמַר כִּי
 מִפְנֵי חֲרֹבוֹת נְרוּדוֹ א' בְּסֵם מִפְנֵי חֲרֹב נְטוּשָׂה
 וְא' בְּשָׁרוֹת שֶׁנָּאָמַר מִפְנֵי קְשָׁתָן וּרְכָתָן וְא' בְּכָרָב
 גְּרוֹלָן שֶׁלְ רֹומי שְׁהָיוֹא כְּבָדָת מִשְׁתְּיוֹתָם שֶׁנָּאָמַר
 וּמִפְנֵי כָּבָר מַלְחָמָת וּמִשְׁבָּטָם בְּן דָּרָר יִצְחָק לְאָרֶץ
 בְּאַבְרָן שֶׁלְ אָלוֹ וּשְׁלָלָל אָלוֹ וּמִשְׁבָּטָם יִנְאָה לְאָרֶץ
 וּשְׁרָאֵל שֶׁנָּאָמַר מַי וְזַה בָּאָ מַארְוָם חַמְוִץ בְּגָדוֹת
 מִבְּצָרָה . גָּלוּ בָּזָה שְׁעִיקָּר הַמְּלָחָמָות אֲשֶׁר יִתְהַוו בְּקָמָן
 הַגְּנוֹלָה הַעֲתִירָה יְהוָה עַט אָוֹמָת אַרוּם גָּלוּ
 עֹור שְׁבָרָאֵשָׁנָה תְּחִרְבָּה רֹומי וְאַחֲרָיו כָּךְ יִכְּאָה מֶלֶךְ
 הַמָּשִׁיחַ וְלֹכֶן זִכְרָה רְנִיאָלָן רָאשׁוֹנָה חֲרֵבָן רֹומי וְאַחֲרָיו :

*Dico igitur, ex eo, quod Prophetæ primò
 quidem devastationis Rome, & postea redemptionis Israëlis salutisq;
 ejus meminit, nos absq; dubio discere, ita aliquando futurum, primò
 quidem vastatum iri Romanum, ac postea demum Regem Messiam appa-
 riturum. Consentient in eo Veteres in Pirke R. Elieser, cum dicunt: Tria
 bella tumultuosa olim in diebus ultimis Mohammedani gerent, juxta
 vaticinum Jesaiæ c. XXI, 15. QVONIAM A FACIE GLA-
 DIORUM FILGERUNT; Unum erit in mari, de quo ibi Prophæ-
 ta: A FACIE GLADIIS EVAGINATI. Alterum in agro, de quo
 pergit: ET A FACIE ARCUS DISTENTI. Ultimum in urbe
 magnâ Roma, quod præcedentibus duobus longè gravius futurum est,
 de quo addit: ET A FACIE BELLI GRAVISSIMI. Atq; de-
 hinc Messias Filius Davidis efflorescet, & utriusq; partis (Mohamme-
 danorum & Christianorum) interitum intuebitur, indeq; in terram
 Israëliticam perget, quod illud spectat Jela. LXIII, 1. QVIS EST ISTE
 VENIENS EX EDOM, RÜBEFACTUS VESTES DE
 BOZRA? Hec illi, qvibus aperire nobis voluerunt, quod inter bella*

tempore futuræ redēptionis gerenda primarium cum populo. Edomæo (h.e. Romanis vel Christianis) futūrum sit; sed & hoc simul aperuerunt, initio Romanam vastatum iri, & postea demum Regem Messiam, adventurum esse. Atq; idēo hic Daniel qvōq; primō desolationis Romæ, & postea demum redēptionis Israëlitarum meminit.

S. XXII. In hāc vindicatione tūm ipsum argumentum, tūm ejus illustratio expendenda. Argumentum petit ab ordine, qvo ista Danieli in visione obvenerunt, qvem sīne dubio & in complemento asserit observatum iri. Jam negare eqvidem non possumus, post imperfectam demum bestiam quartam, eversamq; adeo Romanorum Monarchiam, hæc qvæ de filio hominis ad antiquum dierum delato in præsente textu commemorantur, à Daniele conspecta fuisse; negamus tamen consequentiam Majoris: Qvo ordine hæc visio Danieli obvenit, eo etiam adimplenda est; cujus gratiā seqventia nōtasse juvat. (1.) Prophetis multa in visionibus eventura ostenduntur, qvæ tamen non eo ordine eveniunt, qvo ostenduntur. Vedit Daniel deletis omnibus bestiis, qvendam quasi filium hominis ad antiquum dierum adduci, & eo ordine, qvo vidit, visionem descripsit; at nullibi dicit, filium hominis hāc visione significatum non nisi deletis omnino bestiis adducendum. Itaq; semper distingvendum inter ordinem visionum & rerum; de qvā distinctione confer B. Danhawer *Hodoſoph. Phænom. IX. pag. (536) 700.* Ipsi id Rabbini agnoscunt tritissimo illo: **אֵין מִזְרָח וּמַעֲרָה בְכָרִים** Non est prius & posterius in scripturā, hoc est, Ordo historiæ aut visionis non necessariō determinat de tempore historiæ. Vide R. Aben Eſram ad Gen. XI. fol. XIII. col. 1. & Midrasch Koheleth fol. XXXVI. col. 1. (2.) Scopus cuiusq; visionis Propheticæ diligenter investigandus, videndumq; utrum res ipsa solū, absolute & simpliciter, an verò cum suis circumstantiis, sive omnibus, sive qvibusdam commonestretur. Inprimis caute distingvendum inter rem futuram, & rei futuræ tempus. Vedit Daniel in visione hāc rem ipsam, h. e. qvid futurum esset, non autem vidit tempus, h. e. quando esset eventurum, qvippe qvod aliundē inquirendum relinqvitur. (3.) Si ordinis ratio habenda fuisset, hæc visio præcedenti bestiæ quartæ fuisset immiscenda, siqvidem Monarchiā Romanorum cùm maximè florente adimpta fuit; sed tan-

tanquam peculiaris & à præcedentibus distincta describitur, quod ipsimet Abarbaneli ad Prophetæ exordiolum observabatur, §. XIX.
 (4.) Ratio validissima dari potest, cur, cum Messiae regnum florente Romanorum imperio cœperit, hoc tamen ordine sibi repræsentatum & viderit, & descripsérat Prophetæ? nempe idem mundanis regnis omnibus separatis hoc s̄istitur, ne huic qvicq; commune cum illis opinemur. (5.) Addi & alia potest ratio, cœpsisse sub Romana Monarchiâ regnum Messiae, sed post deletas demum Monarchias omnes die ultimo ad æternum perventurum, i. Cor. XIV, 25. seqq. quam rationem non improbadam prorsus judicat Magnif. Dn. D. Geierus, quem vide Comm. ad Dan. b. l. p. 552.

§. XXIII. Illustrat hoc argumentum Veterum consensu, cui alias inter probantia locum non ultimum tribuere solent. Hoc in primis testimonio de tribus bellis Mohammedanorum, in quorum ultimo Roma evertenda, & Christiani penitus extirpandi, si bi Abarbanel sapientius gavisus est, idque totidem verbis repetit in inferius Fonte XI. Palm. IXXI. fol. LXXXVI. col. 2. item in Comm. ad Prophet. Post. Jesu. XXI, 16. fol. XXXIX. col. 2. & Jesu. LXIII, 1. fol. XC. col. 4. ac passim alibi. Qvam vana verò hæc sit traditio, & qvam perverse ex Jesu. XXI, 16. confirmetur, pridem ostendit Guilielm. Henr. Vorstius in Animadv. ad Pirke Eliezer. pag. 203. seqq. ubi plura huc facientia congesit, omnino digna qvæ conferantur. Qibus si jungantur ea, qvæ Dn. D. Aug. Pfeifferus in tract. Philol. Anti-Rabin. in Obad. pag. 30. seqq. de bello hoc ultimo Abarbanel tantoper laudato annotavit, non est, cur verbum addamus.

§. XXIV. Seqvitur Declaratio, & ipsiusmet visionis, eiq; applicatae interpretationis diligentior qvoad sex superiùs enumeratas propositiones deductio. Prima est de nubibus Cæli, qvibuscum adventum Messiae & redemptionem Israëlis comparari dicit.

הָאֹמֵן־ אָמַר וְאָרוּ עַם
עֲנָנִי שְׁמַיָּא שִׁיחָק תְּשׂוּעָת
יִשְׂרָאֵל וּבְיוֹחָדוֹ לְעֲנָנִי שְׁמַיָּם
לְהַשּׁוּעָר עַל גֶּן עֲנָנוּמִים אֲמָרִים
הָא'

Ceterum dum ait: ET ECCE
CUM NUBIBUS COELI, eo
ipso salutem Israëlis & Messiae ad-
ventum appropriat nubibus cæli,
ut de tribus rebus certissimis ad-
moneat.
F 2

moneat. Primo, quod satus eorum ventura sit post gravissimas demum angustias, & vehementissimos tumultus. Atq[ue] hinc venire illos (Israëlitas) ait in medio nubium, quia angustia illis est, & lux obtenebrata est in cœlis eorum, (Jes. V, 30.) quoniam nubes splendorem solis super terram impediunt, & tenebras afferunt, quod ipsum adumbrat angustias, quemadmodum Jobus (Cap. III, 5.) ait: Habitet super illum diem nubes, terreat illum aestus diei. Dicunt hinc etiam Rabbini, malum signum esse in jejunio sedenti, cum cœlum nubibus obregitur, juxta illud (Jerem. III, 44.) Operuisti te nube, ne oratio transeat. Et juxta hoc signum dicitur (Gen. IX, 14.) Et apparebit iris in nube; ubi nubes de operimento pariter & de iride docet. Similiter (Exod. IX, 24. & Ezech. I, 4.) dicitur: Nubes magna & ignis involvens se in medio grandinis. Hec cum ita se habeant, nubes utiq[ue] angustias designant, idcirco & hic Daniel salutem populi dicit cum nubibus cœli adventuram, quasi diceret adventuram evehementissimis angustiis & tenebris. Secundo idem illud: CUM NUBIBUS, notat accelerationem motus, idèo, quia nubes per ventum, qui illas movet, exiguo temporis spacio quam remotissime dimoventur, cœu ex historiâ Eliae patet (I. Reg. XIIX, 44.) ubi dicitur: Ecce nubes parva tanquam vola viri ascendit
 הא שתשוותם תבָּא אחריו סכבר הצורות ותוקף המחוות וכאן אמר שהו באים בטור ענין שצער ואור חזק בערופיהם לפי שהענינו מונען ורוחץ השמש על הארץ ובאיין הצורות וכמו שאמר אוב השכן עלינו עננה יכעהו כMRIYO זום ואמרו ח'יל הושב בתענתו אם נחטו שמיים בעבים סמן רע לו שנאמר סכורה בען לך מעבור תפללה ועד הסימן נאמר ונראתה הקשת בען שהו הענן מורה על הסנה ותקשת וכן נאמר ען גזרל ואש מתלקחת בטור הכרך הנה אם כן הענינים מורים על הצורות ולכן אמר דניאל שתכות תשועת האומה עם עננו שמייא כלומר מתוקף הצורות וחוחש: ווב שחייבת עם עננים מורה על מהוות התנועה לפי שהענינו בסבירות הרוח שינויים וכומן מועט ותנווע מרחוק גזרל וכמו שנאמר באלויהם הנה עב קטנה ככז איש עליה מים עם היינו חරחך

ē mari;

המרחך גדוֹל אמר אלְיהוּ אמר
אל אחָב אַסּוֹר בֶן יִצְחָק הַשֵּׁם
לְפִי שִׁירֻע שְׁתִינּוּת הַעֲנָן הִיא
מְהֹרֶה וְאָמָר הַנְּכִיא וְחַסְכָּם
כְּעַנְן בְּקָר וְכַטֵּל מְשִׁיכָם הַולֶּךְ
אִם בֶּן הַוּרָה עַל מְרוּרוֹת
בִּיאָתָה אָוֹמָה מְאַרְצֹת הַגָּלוֹת
אַלְאָתָר אַרְץ רֹאֵת בָּזְמָן מְוּעָט
לְלַכְן אָמָר עַם עֲנֵני שְׁמַיָּא.
וְהַגְּנָבָה שְׁרָמוּ הָוּא שְׁהָרָיוּ
מִיאָתָם בְּחַשְׁנָחָתָה הַיְּתָרָה
וְהַנְּהָגָתָה כְּכָבוֹד וְכָמוֹ שָׁאָמָר
הַנָּהָא אָנָּכִי בְּנֵי אֱלֹהִים בָּעֵבֶר
הַעֲנָן וְהַחֹלֶךְ לְפִנְיָהָם
וּוּמָם בְּעֶמֶר עֲנֵן וְלֹפִי שְׁבָעוּי
הַצְּלָחָתָה הַיְּוּעָנֵני הַכְּבוֹד
סּוּכְבָּוּם אָוֹתָם לְקָנָן הַרוּחָן
שְׁבָזְמָן הַגְּאֹלָהָה יְשָׁבוּ
לְמַרְגּוֹתָם וְיָבָא עַם עֲנֵני שְׁמַיָּא
כָּל זֶה נְכָלָל בְּמִשְׁפְּט
הַרְאָתָן :

modum Deus (Exod. XIX, 9.) Ecce ego, inquit, venio ad te in densâ nube. Item (Exod. XIII, 21.) dicitur: Et Dominus ibat ante eos interdiu in columnâ nubis. Cum ergo tempore liberationis eorum (ex Ægyptiacâ servitute) nubes gloria eos circumdederit, ideo & hic indicat, futurum, ut tempore (ultimo) redemptionis ad excellentiam suam quasi postliminio redeant, & veniant CUM NUBIBUS COELI. Hoc omne comprehenditur in primâ Propositione.

§. XXV. Omnia hæc ad applausum composita & speciosè dicta. Neque inconcinnam fatemur collationem in se spectatam, quâ cum nubibus cali venire idem est, ac venire ex afflictionibus, venire motu celerrimo, venire sub protectione divine gratie, prout singula parallelis biblicis haud ineptè exornantur. Sed observamus tamen: (1.) Similia non probant, sed rem probatam illustrant. Quid si ergo de sensu, quem Abarbanel intendit, certò constaret, commode is ad hunc modum deduceretur; jam cùm præcipuum

ejus argumentum, quo vindicare illum allaborabat, discussum sit, discutiuntur & hænubes. (2.) Visiones Propheticæ vel sunt nuda *σηματα*, qvæ res futuras *citra figurarum involucra* repræsentant, vel *oversæg συμβολικæ*, somnia figuris involuta. Etsi verò negari nequit, hanc Danielis visionem ad posteriorem classem referendam; tenendum tamen in hâc ipsâ discrimen aliquod. Qvædam enim figura merè symbolicæ sunt, h. e. ænigmata per continuam comparationum evolutionem solvenda, cujusmodi erat somnium archidapiferi Pharaonis *Gen. XL, 16. 17.* qvædam vero expressam rei, qualis revera futura est, imaginem admixtam habent, cuiusmodi erat somnium archipincernæ, quatenus sese Pharaoni à cyathis stare vidit, qvippe qvod revera sic evenit, *ibid. vers. 11. 21.* Et talis hæc est Prophetæ visio, non obstante, qvòd antecedens visio quatuor bestiarum merè symbolica fuerit, siquidem hanc ab illâ ob rei adumbratæ singularem præminentiam in non paucis distinctam cognovimus. (3.) A propriâ significatione vocum ad figuratum transiri non debet, qvamdiu illa locum habere potest. Atqvi nubes propriè dictæ conspectæ sunt in ascensione CHRISTI à discipulis magno numero in monte præsentibus, *A&T. I, 9.* qvod etsi jam rideat Judæus, fateri tamen cogetur, cum implebitur, qvod ipse in nubibus ascendens DOMINUS præditus *Math. XXVI, 64.*

§. XXVI. Secunda Propositio est de *Filio hominis*, quatenus populum Israëliticum ex captivitate ultimâ per Messiam liberandum præfiguret. Eam sic enodat:

זה משפט ה' הוא אמר

כבר איש ארתך וכיוון כי
כוונורת ב' ב' אם להודיע
הומיניס VENIT; quo ipso
iterum singularia aliqua intendit.
Significat nempe, populum usq; ad
extremum terminum imminentum
iri, juxta illud: (Lev. XXVI, 38.)
Et peribitis inter gentes, & con-
sumet vos terra inimicorum ve-
strorum. Sic in Parasha Tolidh banim (Deut. IV, 27.) dicitur: Et rema-
nebitis

מִתְיָ מִסְפֵּר בְּגּוֹיִם אֲשֶׁר
יַנְהַג הָאֱלֹהִים שְׁמָחָה עַד
שָׁאַמֵּר הַנְּבִיא שְׁיוֹנוֹ אֶחָד
מַעֲיר וְשָׁנָם מִשְׁפָחוֹת .
וְלֹרְכָנוֹ לֹהֶה אָמַר כָּכָר אָנָשׁ
אַתָּה כְּלִימָר כָּאַלְיוֹ הוּא אָרֶם
אֶחָד בְּלִבְדֵּךְ עַם וּקְבּוֹזָם
עַמִּים רַבּוֹם כִּשְׁאָר חַיָּה וּכְיוֹן
בָּהּ עַד שִׁיכָּא בְּשִׁפְלוֹת
וְרֹלוֹת מוּפְלָג לְתוֹקֵף צְרוֹתָנוֹ כִּי
לִכְنָם אָמַר כָּכָר אַנְשׁ שְׁחוֹא
מְגֻיָּה אָנָשׁ וּמְתִיאָשׁ וְהָא
גַּבְעָנָם תְּרֵנוּם כְּכָנָם אָדָם וּלְאָ
אָמַר כָּכָר גְּבָרָת שְׁחוֹזָה
הַרְגָּזָם אִישׁ הַמְּרוֹחָה עַל
הַמְּעוֹלָה כִּי אָם כְּכָנָם אָדָם
הַנְּגָר מַאֲדָמָה וּכְמַאֲמָר הַנְּבִיא
כֵּן מִשְׁחָת מַיִשׁ מַרְחָוּ
וְתָאָרוּ מַבְנֵי אָרֶם וּמַאֲמָר נְבוֹת
וְחַדְרָת אִישׁוֹם . וּמָה טוֹב
אָמְרוּ אַתָּה אַחֲרֵי שָׁאַמֵּר כָּכָר
אַנְשׁ שְׁגָלָה שִׁירָאָרְלָן וּבָאָ
מַעֲצָמוֹ לְאַדְמָת הַקְּרוּשׁ מִפְנֵי
שׁוּגְרָשׁוֹ מַאֲרַצּוֹת לְגַוְיָהֶם
וַיַּהֲלִכוּ מְנוּאָל גַּיִו וּמִמְּלָכָה
אַל עַם אֶחָר וּלְאָשָׁקְטוֹ וּלְאָ
יְנוֹחוֹ עַד בָּם אָרֶץ אָרֶץ
אָרְמָתָם וְעַל זֶה אָמַר בָּאָמַת
כָּכָר
filii (אָרֶם) hominis. Item (Cap. LIII, 3.) despiciens est, & abjectus
inter (אִישׁוֹם) viros. Quid vero tandem sibi vult et venit? Post
quam scilicet dixerat: tanquam filius hominis, nunc aperit quoque Isra-
elitas a seipso ad terram sanctam venturos, eo quod est terris suis hactenus
ad gentes expulsi fuerint, & (more Patriarcharum, Psal. CV, 13.) de gente
ad gentem & de regno ad populum alium migrarint, neque tranquille re-
quiescere potuerint, donec ad suam patriam venirent. Atque ideo vere ait:
tan-

35.

36.

38.

39.

כבר אנש אהה . והכפרשים tanquam filius hominis venit. כבר אנש על מלך פורשו כבר אנש על מלך Ceterum Interpretes communiter hunc tanquam filium hominis המשיח כאילו הוא איש אחר venientem de Rege Messia expo- שיבא לודין לבקש על עמו: nunt, quippe qui futurus sit vir unicus, venturus ad judicium, ut pro populo suo intercedat.

§. XXVII. Summa dictorum huc redit, tria & in hac propositione significari, populum nempē Israëliticum adveniente Messia fore (1.) *tenuem*, quippe (כבר) instar unius hominis, (2.) *abjectum*, instar (אנש) hominis plebeji, (3) *liberationis sicutem*, indeoque avidè ad terram sanctam perrecturum, quæ emphasis in verbo (אהה) lateat. Sed observanda eadem, quæ jam ad primam propositionem notavimus, cum hic perinde Judæus presupponat, quod nondum satis probatum, nedum evictum est, validura quoque consimiliter in sequentibus, in quibus negatam hypothesis asserendo pergit. Addimus præterea speciatim de hoc membro (1.) Si mera in hac propositione attributa designantur, quodnam ergo est subjectum, cuius haec attributa sunt? Populus Israëliticus est, inquit. At ubi ejus mentio? nullibi sane in totâ hac visione memoratur, & nisi subjectum statuatur *filius hominis*, nihil erit, de quo ista omnia prædicentur. (2.) Fatetur Rabbi, Magistros communiter per filium hominis intelligere Messiam, nec ipse abnuit, uti ex sequentibus patet, quando alternativè ait: עד הָאֵל יִגְעַת הַמֹּתָן אוֹ מֶשִׁיחָ קָבֵל מִמְנוֹ Usq; ad DEUM pertinget populus aut Messias, ut ab eore regnum accipiat. Verum haec ratione unius vocis plures erunt sensus literales, & *filius hominis* nunc Messiam, nunc populum ejus, nunc certa populi attributa, attenuationem & vilitatem, notabit. Quod si haec sibi subordinari statuat, intelligi Messiam cum suo populo tantooperè attenuato & abjecto, (quemadmodum R. Aben Esram sententiam R. Josua exposuisse audivimus, Cap. II, §. XXII.) probare adhuc tenetur, cum sola assertio non sufficiat. (3) Alii Hebræorum Doctores dum regnum Israëliticum per filium hominis designari affirmant, invertunt potius, & rationem five nominis, five emblematis hujus non in tenuitate & despectu, sed in Majestate & dominio quærunt, quasi propterea sub imagine filii

filii hominis sistatur, qvia sicuti homini dominium in cætera animalia competit, ita Israëlitæ adveniente Messiâ in cætera mundi regna dominaturisint, qvæ ratio est R. Isaaci ben Abraham, teste, Mullero in *Judaismo p. 899. 900.* Parimodo R. Salomonem jam suprà vidimus in humanitate & perfectione qvæsivisse collationem. Cum his ergò & cæteris complicibus transigat Abarbanel, & ante sibi de eorum assensu prospiciat, qyam nobis sua commenta perfvaderi posse speret. (4.) Nobis literæ inhærentibus nulla sollicitudo circa ullum comparationis tertium negotium facessit, qvando Messias noster tanq'vam filius hominis Prophetæ visus, verè filius hominis est, & in hâc formâ apparuit ad DEI dextram exaltandus, *Phil. II, 7.*

§. XXIX. *Tertia Propositio agit de antiquo dierum, ad quem filius hominis deferebatur; cuius interpretatio ita habet:*

והמשפט הג' וער ערך
וומין מטוּח' . ותמהתי
מהרל'bg שפירש כבר אنش
על מלך המשיח ופירוש וער
עהק יומיה מטוּח' על
הישוש אשר ברומי או על
האפיקור שילך מלך המשיח
לפניו לשאות' ממנה שלח
את עמי ויעברו את
אליהום כמו שאלא
משׁׁה מפרעה שאליה
רבבי רוח ה' נ הנר
הכתוב אומר ועתיק וומין
יתיב על ה' ח' וה' ז
קורש ואיך יפרשו אותו על
שהווים ה'ז כבר ספו
תמו מן בלהות כט
הווויים שהו בהור בנו
אום

*Propositio tertia est in his verbis:
ET USQVE AD ANTIQVUM
DIERUM PERTIGIT. ubi
miror R. Levi ben Gersom, qui cum
illa verba, tanq'vam filius homi-
nis, de Rege Messiâ exposuisset, bac,
usq'ye ad antiquum dierum per-
tigit, de Sene decrepito Roma reſi-
dente, sive de Papa interpretatur,
coram quo Rex Messias comparitu-
rus sit, postulatum ab eo: di-
mitte populum meum, ut servi-
ant DEO suo, quemadmodum
Moses id à Pharaone olim postula-
vit. Sed verba inania sunt. Scri-
ptura enim, cum (vers. 9.) ait:
Et antiquus dierum sedet: loqui-
tur de DEO Opt. Maximo, qui
Sanctus est, & quomodo interpretar-
buntur illud de profano? preser-
vertim cum oculi nostri videant, attritos penè consumptosq; esse jam
G hoīē*

hodie Judeos omnes, in medio Edomitarum (h. e. Christianorum Papæ Romano subiectorum) viventes; quid ergo rebus sic sanctis Seniori Romano sive Papæ demandari poterit, ut illis faciat? Enim verò sensus sermonis hujus verus est, significare, quod futura Israëlis redemptio ventura non sit virtute dispositionis cœlestis, que illam necessitatē, neq; ex influxu Principum superiorum eventura; sed veram causam efficientem esse DEUM nostrum, & nullum præterea, quemadmodum (Deut. XXXII, 35. seqq.) in Cantico Mosis dicitur: Mea est ultio & retributio, &c. Qvia judicabit Dominus populum suum. Vide nunc, quod ego sum, & non dii mecum &c. Quod illa (vers. 40.) pertinere puto: Nam levabo ad cœlum manum meam & dicam &c. id quod totum indicat, redemptionem nullatenus juxta fidetur dispositionem fore. Similiter apud Prophetam, (Jes. XLIII, ii.) Ego, ego DOMINUS, & non est præter me Salvator. Item: (Jes. XLVII, 4.) Redemptor noster, Dominus exercituum nominē ejus, Sanctus Israëlis.

At q; adeò & hoc loco Daniel ait: Usq; ad Antiquum dierum pervenit, hoc est, DEUS ipse met per se eos salvabit & redimet, neq; ullus præter hunc solum: Nam ad eum usq; sive populus, sive Messias pertinget, ut regnum ab eo, non ab Archangelo, aut alio quodam angelo accipiat.

Vel

אֲרוֹן וּמָה אָכְלָשׁוּשׁ
אֲשֶׁר בָּרוּמָא אוֹ לְאַפִּיּוֹר
לְעִשּׂוֹת לְהַם אֲכֵל אַמְתָּה
הַמְּאֻמָּר חֹוחַ לְהַנְּדָר שְׁהַנְּאֹולָה
הַעֲתוֹדָה לְבָא לְאַתְּ תְּבִיאָה
מִכְחַה הַמְּעִרְכָּה הַעֲלִוְנָה
שְׁוֹחוּב אֶתְּחָה וְלֹא תְּהַווּ
שְׁפָעַ מִשְׁרֵי מִלְּחָה כִּי
הַפּוּעַל הַאֲמֹתִי חֹוחַ חֹא
אַלְרָהָנוּ וְאַין עֹור אַחֲרָ וּכְמוֹ
שְׁנָאָמָר בְּשִׁיר הַאֲוִינוּ לְנַקְםָ
וּשְׁלָמָה וְגַנְיָה כִּי וַדְין הַעֲמָזָה
רָאוּ עֲרָה כִּי אַנְיָה הַיָּה
וְאַין אַלְחִים עַמְּרִי וְגַנְיָה
וְאַחֲשׁוֹב שְׁעַל וְהַאֲמָר כִּי
אַשְׁרָה אַלְמָעָם שְׁמִים יְהִי
וְאַמְרָתִי וְגַנְיָה וּכְלָעָם אֲמָר
וּרְךָ כּוֹכֶב מַיעֲקָב שְׁהַזְּוּזָה
כָּלָו לְהַנְּדָר שְׁלָמָה תְּהִיה
הַנְּאֹולָה כַּפִּי הַמְּעִרְכָּה
וְהַנְּבִיא אֲמָר אַנְכִי אַנְכִי
הַיָּה וְאַין מְבָלָדָיו מַושְׁיעָם
וְאֲמָר נְאָלָנוּ הַיְּצָבָאָר
שְׁמוֹ קָרוֹשׁ וּשְׁרָאָלָל חַנְחָה
עַל וְהַאֲמָר עַד עַתִּיק
יְומִינָה מְתָרָה רֹצֶחֶל לְוָרָם
שְׁהַאֲלָל בְּעַצְמוֹ וּשְׁוּעָם
וּגְנָאלָל אַין עֹור מְלָכָדוֹ
כִּי עֹרוֹוּ וְגַיְעַ הַאֲמָתָה אוֹ

אָנָּ

הַמְּשִׁיחָה לְקַבֵּל מִنּוּ הַמְּלָכָת
לְאָלָל מִשְׁרָה וּמְלָאָן אַחֲרָ .

או כבר נוכל לפרש וער עתיק יומייא מטה שישובו וישראל בתשוכה שלמה לפניו ויבאו ערו להתחנן לי ושחונא על רר שוכבון ישראל עד ה'אלhor עט הווית שכבר חוכית רבי יהושע בפרק חlek שלז תחיה התשוכה תנאי עצמי בגאולה וכן אמרו גם כן בוקרא רבת פרשנץ אם בחקתו אמר רבי אלעור אם אין ישראל עושין תשובה אין גנאים שנאמר בשוכחה ונחת תושען רבוי יהושע אומר בין עושין בין אין עושין כיוון שהגוע הקץ מיד גנאלין שנאמר אני כי בערת אוחשנה ופסוק מלא הויה ברבורי רנייאן מסיים ליה לרבי יהושע שנאמר עיר דיו אהן עתיק ומין ורוניה יהיב לקרוishi עלונים זומניה מטה ומלכותה החסינו קירושין הנה הלה העני במן הקץ המוגבר :

Vel possumus eadem verba : ET USQUE AD ANTIQUUM DIERUM PERVENIT, sic etiam interpretari, quasifuturum, ut Israelite per seriam paenitentiam, quam coram DEO sint acturi, usque ad ipsum perveniant, ejus imploratur gratiam, quod ex illo (Hof. XIV, 2.) confirmari posset : Revertere Israël USQUE AD DOMINUM DEUM tuum.

Quamquam R. Josua in Capite Chelek, (quod ultimum est in Massecheth Sanhedrin,) disputat, paenitentiam non fore conditio nem essentialem redemptions.

Quod de re etiam in Vajikra rabba, Parasha Im bechukotai, legitur : Dixit Rabbi Elieser : Quod si Israelite paenitentiam non agunt, non redimuntur, quia dictum est, (Jesa. XXX, 15.) In quiete & re quie salvieritis. Rabbi Josua ait : sive agant, sive non agant paenitentiam, postquam terminus ad erit, statim redimuntur, quia dictum est (Jesa. LX, 22.) Ego DOMINUS, in tempore suo accelerare faciam illud. Extat & in Daniele versus integer presentientia R. Josue, quando dicitur (vers. 22.) Donec venit Antiquus dierum, & judicium datum est sanctis altissimi, & tempus advenit, & regnum possidebunt sancti. Entra ! ut rem istam determinato tempore simpliciter futuram defnivit !

§. XXIX. Quid in his Rabbi de Antiquo dierum commen tatus est, (1.) vera sunt in thesi. Rectissime enim Ralbagum, qui Papam Romanum intellexerat, refutat, & de DEO optimo Maximo exponendum esse docet. At (2.) falsa sunt in hypothesi, in

quā uterque amicē conspirant, qvāsi de redēptione Iudaōrum ē temporali miseriā per utopicum Messiam procurandā sermo sit. Circa modum saltem & processum redēptionis hīc ex utriusqve sententiā significatum in partes secedunt, illo talem in hāc Danielis visione traditam fingente, qvalis erat Mosaica ex Aegypto, ut Messias Mosis, Antiquus dierum, h. e. Papa Romanus Pharaonis personam referat, cū nōster contrā totā hāc propositione non nisi seriam Iudaōrum pœnitentiam iudicet describi, & ingeniosē satis provocet ad locum propheticum Hos. XIV, 2. ubi similis phraseologia. Scilicet (3.) novum populi redimendi attributum hīc obseruat, fore pœnitentem, perqve hanc suam pœnitentiam impetraturum redēptionem tam diu desideratam. Simul tamen (4.) negare nequit, qvæstionem de adventu Messiae, à pœnitentiā dependente, nondum esse decisam. Ipse eqvidem in affirmativam propendet, cum plerisque modernorum, de qvibus vide Dn. Præsidis notata ad Schickardi *Jus Regium* pag. 473. item Ligthfootum *Hor. Hebr. & Talm. in Matth.* III, 2. p. 211. at tanta ipsi autoritas quoqve R. Josuæ, ut impugnare ejus sententiam de adventus termino, non conditionato sed absoluto, non audeat. Unde anxious hīc & dubius hāret, præsertim cūm videat, posito adventū Messiae termino absoluto, totam hanc Commentationem suam infumum abire. Cæterū (5.) vera utiqve est ista R. Josuæ assertio in thesi, & si ad Jesum nostrum applicetur, cum statu illius ævi, quo nascebatur, optimè congruit. Conferantur Hornbeck lib. II. de *Convert. Jud. c. I.* pag. 194. seqq. Hulsius part. I. *Theol. Judaic.* p. 235. seqq. Altingius lib. IV. Schilo c. XI. p. 252. &c.

S. XXX. Quartam Propositionem de oblatione in conspectum Antiqui dierum paucis absolvit:

Propositio quarta est: ET **וְהַשְׁפֵּט הָרִי הוֹאֶן**
וְקָרְמוֹרוֹ הַקְּרָבוֹתִי וְגָלָה בָּהּ
I N C O N S P E C T U M E F U S
O B T U L E R U N T E U M . Q u i -
b u s v e r b i s i n d i c a t , a n g e l o s p a c i s ,
qui in regno primas tenent,
pro Israēlis salute interpellatu-
r o s , & g r a t i a m d i v i n a m i l l i s
טוֹבָה עַל יִשְׂרָאֵל וּבְקַשׁוּ
עֲלֵיכֶם

cor-

עליהם רוחמים וכמו שאמר conciliaturos esse, prout inferius
ובעת החיים יumper מיכאל qvoq₃ (Cap. XII, 1.) habetur:
זgor ובסמוך ששה ישראל tempore illo stabit Michael &c.
מורחך מהש תברך וככאמר Hi loco ejus, qvòd haclerūs à DEO
המשורר למה הש תעמור elongati fuerant Israëlitæ, juxta
ברחוק הנה הם הקריבו ה אליו ווגש אליו תברך וככבר illud Psalmis: (Psal. X, 1.) Qvare,
DOMINE, stabis in longinqvo? sic eos facient ad DEUM benedi-
נבי זה אדרוננו משה etum appropinquare, ut Deus illis
וחשבו ה הגום אשר הריח הש viciissim propè sit? Qvà de re quidē
אלחויר ושבת עד ה' אלהיך Dominus & Magister noster Mo-
לפי שברוותם בגולות הש sés vaticinatus est, (Deut. XXX,
נדחים ומרוחקים מהשחתו 1. 2.) Reduces te ad cor tuum,
ועור ישוכן ויקרכו אליו. in omnibus gentibus, qvò te
והעין הקורבה הזה אינה expulit DOMINUS DEUS
מקומיות אבל שיתרכקו tuus, & converteris usqve ad
בו וגס השוב שכינו
בתוכם וכמו שאמר על DOMINUM DEUM tuum;
זרוי יוחאלא וכרתי להם Nam dum in exilio degunt, expulsi
בריהם שלום בריות עולם sunt, & à Providentiâ Divinâ
ויהה אתם נתתי את מקורי remoti, tunc autem iterum rever-
אתם נתתי את מקורי בוצכם לעולם tentur, & adipsum appropinqua-
: bunt. Hac tamen appropinqua-
tio non localis, sed talis erit, qvà

DEO solum adhærebunt, tum etiam, qvà in medium ipsorum divina
præsentia revertetur; prout ipse DEUS per Ezechiem (Cap. XXXVII,
26.) ait: Et pangam cum iis foedus pacis, foedus aeternum erit eis,
& ponam illos in terrâ meâ, & multiplicabo eos, & dabo sanctifica-
tionem meam in medio eorum in aeternum.

§. XXXI. Hic obserbare licet (1.) Harmoniam Judæo-
Papisticam in exegeticis, qvoad subjectum offerens à Daniele,
expressim non commemoratum, qvod utriqve supplet, angelos
subintelligentes, et si postmodùm aliter applicant, & Judæi de in-
tercessione & ministerio, qvod redimendo Israëli præstent; Papi-
sta verò nunc de servitio angelorum CHRISTO exhibito, (sic
Cornel. à Lapide in b. l.f. 1339. Angeli, inquit, obtulerunt Christum
Patri;) nunc de mutuâ operâ sacrificulis Missaticis conferri solitâ

exponunt, qvemadmodum teste B. Chemnicio part. II. Exam. Conc. Trid. de Mīṣā fol. 337. Monachus qvidam Augustanus sic verbis istis abutebatur: *Angeli in nubibus Cæli filium hominis obtulerunt in conspectum antiqui dierum.* Ergo quando Christus in Mīṣā à Sacerdote sacrificatur, tunc simul etiam in nubibus cæli ab ipsis angelis sacrificatur. Et ideo Canon dicit: *Fube hæc perferriri per manum sancti angeli, in conspectum Majestatis tuæ.* (2.) Harmonia eorundem conspicitur in dogmaticis, qvoad doctrinam de angelis, qvos suos apud Deum intercessores, & gratiæ divinæ conciliatores facit, hic R. Abarbanel, faciunt & Papistæ eis ideo cultum deferentes, qvem nec Judæi denegant. Conferantur Gilbert. Gaulmynius lib. II. Notar. de vitâ & Morte Mosis C. IV. p. 299. seqq. Joseph. de Voisin lib. I. TheoI. Judaic. c. V. p. 55. seqq. Julius Bartoloccius de Celleno part. I. Biblioth. Magnæ Rabb. f. 191. multisq; seqq. latissimè; in primis verò Magnif. Dn. D. Geierus in *Conformatitate Judeo-Papistica*, Cap. II. de Angelis §. XVI. pag. ii. seqq. (3.) Negari nequit, non nullos Patres, interq; eos Justinum Martyrem dial. cum Tryphon. f. 238. Augustinum Serm. CLXXXIX. de Tempore, Tom. X. Opp. fol. 307. &c. ministerium angelorum agnosceré hic connotatum, non repugnante Scripturâ Psal. LXIX, 18. 19. non tamen est, cur iis nos angustiis constringamus, cùm idiotismus lingvæ suprà observatus impersonalem significatum admittat. (4.) Ipsi Judæi in angustias rediguntur, dum suæ huic sententiæ obstatre vident locum alium Jerem. XXX, 21. qvi DEO ipsi adductionem Messiæ tribuat, cum qvo hunc Danielis de ministeriō angelico advenienti Messiæ præstanto sic conciliant in Medrasch Tillim apud Raymundum Martini Part. III. Pug. fid. Diff. III. c. I. §. X. fol. 504. **הִנֵּה כַּי־צָרָן מְכֻנָּנִין אֹתוֹ עַד מְחִיצָתָן וְהַבָּה פּוֹשֶׁת יְדוֹ וּמְכֻנָּס אֹתוֹ אֲצָלוֹ לְכָن נָאֵר עַל מֶלֶךְ הַמָּשִׁיחַ וְהַקָּרְבָּנִי וּנְגַשְׁ אַלְיָה:** Ecce qvomodo (utrumq;ve simul stare potest, ut angelii adducant, & ut ipse DEUS appropinquare faciat? Respondetur:) *Angeli introducunt ipsum usq; ad medium eorum; sita vertit Raymundus; malo: usq; ad tabulatum suum; id enim est מְחִיצָתָן de certo tabulato, seu conclavi angelico etiam alibi usurpatum, v. g. Bechai ad Parash. Chucka fol. CLXXXVI. col. 3. Deus expulsurus est Principem angelum מְמַחְצָתוֹ è tabulato suo.) Deus autem tunc ulterius extendit manum*

manum suam, & introducit eum ad se. Propterea dictum est de Rege Messia, (quem tamen angeli adducturi à Daniele sistuntur:) Ego appropinquare cum faciam, & accedet ad me. (5) Qvòd Rabbi appropinquationem h̄ic denotari ait non **מָקוֹמוֹת** *localēm*, sed aliam, quæ in mutatione status consistat, rectè se habet in thesi, hypothēsis autem & applicatio ab ipsomet facta perindē, ut in totā hāc pericopā, est perversissima. (6.) Qvoad citata Scriptura testimonia, committitur in singulis παρεξηνέσια qvædam: Nam Dan. XII, 1. per Michaëlem non intelligitur creatus, sed increatus fœderis angelus, qui est ipse Messias; Deut. XXX, 1. reducō promittitur ē Babylonicā Captivitate; & Ezech. XXXVII, 26. Ecclesia, N.T. depingitur, cum quā DEUS foedus suum pepigit, qvippe quæ est Israēl non juxta carnem, sed juxta spiritum; quando sanctificatio ejus in medio credentium facta est in perpetuum, ut ad eum locum scribit Hieronymus lib. XI. in Ezech. Tom. V. fol. 513.

§. XXXII. Quintam Propositionem de collatā Majestate paulo operosius perseqvitur, quia cerussā opus erat, ut singula convenire crederentur populo Israēlitico; more tamen suo ingeniosè eruit:

והמשפט החמשי הוי
 אמרו אלה ויהב שלטן ויקר
 ומלכו וכל עמייתא וגומר
 ר"ל שבומן החזא זיכו ישראל
 לכל הרוברים שנעררו מיהם
 בגנות. וודוע ששלשה סוגי
 רשות היו להם. האחד
 שלשה חזות בגנות כח
 ואומץ לב כי הנה נחרש
 להם חלה ומורק לב גROL
 כמו שנאמר בקהלות
 והנשארו בכח והבאות
 מוך בלבכם וגומר וכמושר
 האחرون. נאמר ובגנים החם
 לא

Propositio quinta est, cùm
 ait: ET EI DEDIT POTE-
 STATEM ET HONOREM,
 ET REGNUM, ET OMNES
 POPULI &c. Sensus est: Re-
 cuperaturos esse Israēlitas omnes
 res illas, qvibus in exilio caruerunt.
 Atqvi tria malorum genera eos
 constat perpetuos esse. Unum est,
 qvòd in exilio virtute & fortitudi-
 ne cordis desituuntur. Summaenim
 debilitas & mollities animi ipsiſ
 (qvotidiè qvasi) renovata est,
 prout in maledictionibus (Lev.
 XXVI, 36.) dicitur: Et residuis
 inter vos inducam mollitem in
 cor eorum &c. Et in posteriori
 Epanorthosi (Deut. XXIX, 65.) dicitur: Et ingentibus illis non
 reqvi-

לא תרגיע ולא תמציא מנוח
וגמר . והסוג השני מהרעת
שתחת הוותך בני ציון
חוקיות המسلطות בפה
אחריו היותם נגלוות נחשבו
לנבלו בראש גלה כבורות
תיקום וככאמור הנביא נבזה
וחROL אישים איש מקאכורה
ודודע חולו וגוי וראוי הירח
להיות כן כי הנה כבוד ה'
ויקרו היה ארון ה' ושכינתו
אשר בתוכם ובהלקחו מאתם
גלה כבוד ישראל והודה
למשיסחה יעקב וישראל
לבוזים וככאמור כלת עלי^{ה'}
בחכמתך אי כבוד גלה
כבוד מישראל אל הلكח
ארון האלים . והסוג רג'
מהרעת הוא שתחת חווית
להם על ארומת הקדש
שבט וממלכות ומחוקק מבון
rangleו הנח בכוואם נגלוות
מלך ושרויה בגויהם
הלו כשבוי לפניו צר אין
עור להם מלך ושר וועלוי
נאמר במוסר החarrison וילדי
ה' ארץ מלך אשר תקים
עליך אל גוי אשר לך
וישרעה וגוי והנביא אמר
כיו

abierunt ante hostem, (Thren. I, 5.) adeoq; non amplius regem & principem habent. Quâ de re Moses (Deut. XXIX, 36. 37.) in posteriori Epanorthosi: Abducet te Dominus, inquit, & Regem tuum, quem constitues super te, ad gentem, quam non nosti, &c. & eris in parabolam & in dicterium &c. Idem predixit Propheta (Hos. III, 4.)

Qvia

כ ימיְשׁ רכִים ישבו כני
ישראל אין קָלֵד וְאַיִן
 שֶׁר לְפִי שְׁכָלָן מָקוֹם
 אשר דּוֹרְכוֹת כָּפָר גְּלִילָה
 הַזָּעֲבָרוּם לְכָל מְמָלְכוֹת
 הָאָרֶץ וְעַם הַוּרָה לְחַם
 שְׁכַט מְרָאֵשִׁי גְּלֻוָת שְׁבָבָל
 הַנָּהָרָה הַמְּלָכוֹת נָעֶרֶת מִמֶּה
 הַנָּהָרָה שְׁלָשָׁת סּוֹגִי הַרְעוֹרָה
 הָאֱלֹהִים יוֹעֵר רְנוֹאֵל שִׁבְטָלוֹ
 מִמֶּה וְעַלְוָהָם אָמֵר לוֹתָה
 יְהֹובָה שָׁלֹטָן יוֹקֵר וּמְלָכוֹן
 כִּי בָּאָמְרוּ שָׁלֹטָן רְמוֹן אַלְכָּן
 הַכָּחָה וְאוֹמֶץ הַלְּבָב אֲשֶׁר
 תַּחֲרֹשֶׁת אוֹ בָּהָם וּכְמוֹ
 שָׁאָמֵר בְּמִגְלָרָה אַסְתָּר
 אֲשֶׁר יְשַׁלְּטוּ הַיְהוּדִים
 הַמָּה בְּשִׁנְאוֹנִים וּנְאָמֵר עַד
 אֲשֶׁר שָׁלֹטָהָם בָּאוּם
 גַּם נָעוֹרָהָם שְׁלֹטָו בְּעַם
 אַיִן אָרֶם שְׁלֹטָה בְּרוֹחָה
 אֲשֶׁר זָנוֹרָה שְׁלֹטָה כְּלָם
 הַם לְשׂוֹן חֹזֶק וְאוֹמֶץ לְבָב
 וּכְנֶגֶר הַכְּתוּן הַדְּבָקָה בְּנֶשֶׁךָ
 בְּחוּוֹתָם בְּגַלוֹּתָם אָמֵר רְנוֹאֵל
 שִׁיחָוָה לְחַם בּוֹמָן הַחוֹזֶה
 יְקָרָה שָׁהָוָה הַכְּבוֹד וְהַמְּלָה
 וּכְנֶגֶר הַעֲבָרוֹת וְהַעֲרָה
 הַמְּלָכוֹת אֲשֶׁר הַרְחָה לְחַם
 גַּם יְהֹוָה מְלָכוֹת כָּל
כָּךְ
 אָמֵר מָאוּ זִיכְרָה לְמְלָכוֹת
 גַּם יְהֹוָה מְלָכוֹת כָּל

H sum-

35.

36.

37.

38.

39.

summum & amplissimum adeo ut omnes populi, nationes & linguae eum colant, hoc est, serviant, eijs se submittant. Ceterum cum visionem Angelus Danieli inferius, (vers. 27.) exponeret ac diceret: Et regnum, & potestas, & magnitudo regnum subter omne cœlum dabatur populo sanctorum Altissimi; loco vocis יְקָרָה pretiositas sive decor, adhibet nomen רַבּוֹתָה magnitudo, siquidem pretiositas & gloria non nisi magnitudinem & dignitatem significat, ut in illo, (Psal. XXXVI, 8.) quādēcima pretiosa est misericordia tua, ô DEUS. Item (Jesa. XLIII, 4.) Ex quo (יקרא) pretiosus fuisti in oculis meis, gloriosus fuisti. Item (Psal. XLIX, 9.) Et (יקר) pretiosa est redemptio animæ ipsorum. Atq[ue] ita in aliis locis. Quod verò regnum, & potestas, & pretiositas in hoc seculo adhuc restituenda sint, id similiter afferit, cùm dicit: subter omne cœlum.

¶ XXXIII. Quemadmodum Abarbanel ad præcedentem propositionem multa paucis dixerat, ita ad hanc pauca multis eloquitur, quæ èo tendunt, ut tria illa in exilio amissa (1.) παράστασις, (2.) autoritatem, (3.) sceptrum, Judæis aliquando restitutum iri confirmet. Nititur autem omnis confirmatio abusu Philologiæ, dum in eo cumprimis occupatus est, ut post historiam amissæ pristinæ gloriæ, ex parallelismo verbali probet, tria illa, quæ dixerat, vocibus à Daniele usurpati, וְקָרָה וְמֶלֶכְתִּן de-notari posse. Intendisse verò hoc Danielem, atq[ue] ea in hoc seculo, finitam captivitate, certò restituenda, nudè affirmat. Jam (1.) concedimus historiam amissæ in exilio gloriæ, neq[ue] tot verborum ambagibus indigebat, cùm rerum haberet testimonia. Damus libenter, Judæos non commemoratorum modo, παράστασις, auto-

autoritatis, & sceptri, sed & plurimorum aliorum naufragium fecisse, & bene Rabbinum provocasse ad Jacobi Patriarchæ de amittendâ omni Majestate vaticinium *Gen. XLIX, 10.* editum, qvod uti longè melius huc quadrat, qvam Jesaiæ de Messiaæ passione & morte pessimè ab ipso depravata prophetia *Cap. LIII, 3.* ita admonere Judæum meritò poterat temporis adventus Messiaæ pridem præterlapsi. Vetus Judæorum cantilena, de Æchmalotarchis Babylonis, qvam toties occidunt, quoties hoc Patriarchæ vaticinio de ablato à Judâ sceptro urgentur, ab ipsomet Abarbanel sic repudiatur, qvod ambabus amplectimur, indeqve concludimus: Ergò pridem Messias venit, sceptro pridem ablato, & consequenter hæc Danielis visio de Messia nondum exhibito, sed exhibendo, & regnum Israëliticum redintegratio non agit. (2.) Concedimus usum vocabulorum שָׁלֹטֵן וּקְרֵב וּמֶלֶכִי, potestatis & decoris & regni, qvalem per concordantias evolvit; negamus tamen hic obtinere eo sensu, qyo hæc vocabula ad populum Israëliticum accommodat. Atqye adeo (3.) desideramus assertionis primariae, Danielem de restitutione harum rerum loqui, probationem, qvæ ita potius fieri debebat, ut ex parallelismo reali ante omnia confirmaretur, ista Judæis certò restitutum iri. Verùm de hoc altum silentium. (4.) Unicum illud è contextu pro sententiâ suâ affert, qyò danda illa ab angelo dicuntur populo תְּהוֹת כָּל שָׁמְנָי sub omni celo; Ergò, inquit, restituenda adhuc in hoc seculo. Sed formulam hanc esse limitativam subiecti, non prædicati, & regnum conferendum describere ab amplitudine & universalitate, tūm ordo & structura contextus, tūm accentuatio evincit, qva illam cum subiecto per Paschta conjungit, & per Sakephkaton à prædicto distinguit. Et qvid plura? annon Angelus idem istâ formulâ expressit, qvod Daniel in textu nostro dixerat: **כָּל עַמְּמִיא אֱמֹנָה וְלִשְׁנָה לְהֵי** *omnes populi, nationes, & linguae ei servient?* qvod ipse Abarbanel hic de amplitudine regni exponit. (5.) Si de exaltatione Messiaæ nostri verba accipientur, prout superius in analysi ostendinus, purissimè omnia fluunt, nec ullum horum nominum significatum proprium transreditur.

§. XXXIV. Restat sexta eaqve ultima Propositio de *regni duratione & perpetuitate*, qvam non minori studio detorquet:

והבשפט הוא היה אמרו
 שלטן על זו ר' ל' ז' תחבל ורמו שהמלך היה הוה אשר בארץ אשכון היה לישראאל לא יעבור כענין ר' מלכיות שוכר שופסקו ועברו כל כען ימיה אבל ביאר כו' שענין הנאלה העתורה לא יבוא ישראל בגלו אחר כי לא תהייה זאת הנארלה כנאלות מצרים או כפוקה בכל שען והצלוח ואחריו כן חטא לאלהיהם ובאו לרו גלות וחרבן לא תהייה בן העתורה שלשלנותה תהו נצחים לנצח נצחים וכמו שנבא ישעה עורי ערי ציון לבשי בני התפארך ירושלים שיר הקדר ש לא יוסוף ובאי בר עוז כי וטמא והנרכ אמר ערל על בני ארום שאנו נמלום וטמא על בני ישמעאל שאע פי שהם נמלום הם טמאים לנפש אמר ועל ארום בסוף ספרו ר' על ארום וועל Proposition sexta est, cum ait: POTESTAS EJUS POTESTAS AETERNA, QVÆ NON AUFERETUR, ET REGNUM EJUS, QVOD NON CORRUMPETUR. Hic indicat, quintum hoc Regnum, quod terrenum quidem, sed Israëliticum erit, non peritum instar quatuor illarum Monarchiarum, quvarum meminerauit, & dixerat fore, ut cessent & transeant, consumptis instarfumi earum diebus, (Psal. CIL, 4.) At cum Israëlitico se aliter habiturum tradit, nempè Israëlitas post futuram redemtionem in aliud denud exilium non reducendos. Non enim illa redemptio similis erit redemptioni Ægyptiacæ, aut liberationi Babylonicæ, ubi rebus secundis usi postea in DEUM suum peccarunt, atq; in exilium & desolationem traditi sunt. Non, inquam, talis erit futura redemptio, sed potestas ejus erit eterna, inq; omnes eternitates duratura, prout Jesaias quoq; (Cap. LII, 1.) vaticinatus est: Evigila, evigila, ô Zion, in due vestimenta gloriae, ô Jerusalem, civitas Sancta, quia non veniet in te amplius incircumcisus & immundus. Ubi quidem per incircumcisum Edomæos sive Christianos intelligit, qui non circumciduntur; per immundum vero Ismaëlitas, sive Mohammedanos, qui licet circumcidantur (quoad corpus,) quæ animam tamen immundi & pollutisunt. Utrosq;, hoc est Christianos pariter & Mohammedanos, idem Propheta sub finem libri sui (Cap. LXVI, 17.) respicit,

וְעַל יִשְׁמָעֵאל הַמִּתְקָרְבִּים
וְהַמְּתֹהֲרִים אֶחָד בְּתַךְ שְׁהָם בְּנֵי הַיְשֻׁמָּאָלִים
וְעַל בְּנֵי אֲרוֹם אָמָר אָכְלֵי
בָּשָׂר הַחוֹר הַשְׁקֵץ וְהַעֲכֵבָר
וְאָמָר שָׁאָלוֹ וְאָלוֹ וְתַמּוֹ מִן
הָאָרֶץ וְחוֹזֵא אָמָר יְחִירָיו³⁵
וְסּוּפּוֹ נָאֵם ה' וְאָמָר עֹד
נְשָׁבָע ה' בְּ מוּמָנוֹ וּבוּרָע
עֹז וְנוֹז וַיְהִזְקִיאָל אָמָר
לֹא אַשְׁמֵעַ עַלְךָ כִּלְמַתָּר
גּוֹיִם וְחַרְפָּתָה לְאוֹמִים לְעַלְךָ
תְּשִׁיאָעָר . וְלַרְמוֹתָעָר
הַנְּצִיחּוֹת הַזָּהָר אָמָר כִּאן
שְׁלֹטָנוֹתָה שְׁלֹטָנוֹתָה עַלְם וְאָמָר
וּמְלֹכָתָה דָּוָל לֹא תַּחֲכָלָל
אָפְשָׁר לְפָרְשָׁו שְׁחוֹן כְּפָלָל
עַנְיָן בְּמַלְוֹחָה שְׁנוֹנָה וְיוֹתָר
נְכוֹן אַצְלֵי שְׁמַלְכָות יִשְׂרָאֵל
לֹא תְּשַׁחַת עֹוד לְפָנֵי הָאֱלֹקִים
וְלֹא וְסִיפּוֹעָר לְחַטָּאת
כְּפָעָם כְּפָעָם לְקֹרְאָת
נְחִשִּׁים טִי וְסִיר ה' אֶל
לְבָבָהּ מִכְשָׁרָה וְאֶל יְשׁוּבוֹת
לְכִסְלָה וּבְכָהּ הַאֲפָן תְּקִיּוֹת
מְלֹכָתָם וְשְׁלֹטָנָם . וְכָבָר
נִבָּא גַּם כֵּן וּרְמִירָה הַנְּכִיאָה
ע"ה הַנָּהָר יְמִים בָּאִים נָאָם
ה' וְכָרְתָּי אֶת יִשְׂרָאֵל וְאֶת
בֵּית יְהוָה בְּרוּת חֶרְשָׁן לְעַלְךָ³⁶

respicit, cum art: Sanctificantes se,
& purificantes post unum in me-
dio, hi enim sunt Mohamme-
dani; de Christianis verò dicit:
Comedentes carnem suillam, &
abominationem, & murem. ul-
trosq; bos pariter & illos, inquit è
terrā summovendos, & ideo addit:
simil consumentur, dicit D O-
MINUS. Porrò hoc locus apud e-
undem (Cap. LXII, 8,) spectat:
Juravit D OM IN U S per dex-
tram suam, & per brachium for-
titudinis suæ &c. Item illud Eze-
chielis (Cap. XXXVI, 15.) Non
audire faciam in te amplius
ignominiam gentium, & pro-
brum populorum non portabis
ultrà. Hanc ergò perennitatem ut
innueret noster, dixit hic, Pote-
stas ejus potestas æterna. Qvod
verò addit: & regnum ejus, qvod
non corrumpetur, id fortè non
male per ἐπεκτενσόν exponi pote-
rit; mibi tamen longè rectius vide-
tur, innui, non amplius periturum
coram DEO regnum Isräelicum,
neg; eos porrò, uti anteā, peccatu-
ros in occursum auguriorum,
(Num. XXIV, 1.) nam anovebit
Deus cor lapideum ex carne eorum,
& ad stultitiam non revertentur. (Psal. LXXXV, 9.) Atq; hoc modo
regnum & potestas eorum stabilietur. Ceterum de eādem re vaticina-
tus quoq; est Jeremias Propheta, qui in pace requiescat (c. XXXI, 31.
seqq.) Ecce dies veniunt, dicit D OM IN U S, & pangam cum domo
Isräel, & cum domo Iuda fœdus novum. Non secundūm fœdus,

H 3

qvod

quia ciboriam apergit cum patribus eorum die, quā apprehendi manum eorum, ut educerem eos ē terrā Aegypti, qvi ipsi irritum fecerunt foedus meum, & ego dominatus sum iis, dicit DOMINUS. Hoc autem est foedus, qvod pangam cum domo Israēl post dies illos, dicit DOMINUS: dabo legem meam in medio eorum, & in corde eorum scribam eam, & ero eis in DEUM, & illi erunt mihi in populū. Neqve ultra qvisquam docebit proximum suum, aut fratrem suum, dicens: Cognosce DOMINUM; sed omnes cognoscet me à minimo usq; ad maximum eorum, dicit DOMINUS, qvia propitabor iniqvitati eorum, & peccati eorum non recordabor amplius. Quid & aliquam multi abhuc textus Prophetici de eodem testantur. Atq; de his ait noster hoc loco: Et regnum ejus, qvod non (הַתְּחִלָּה) corruptetur; quo verbo ad corruptionem & perditionem peccatorum respicit, eodem sensu, quo (Gen. VI, 11.) dicitur: וְהַשְׁתָּחַת & perdita fuit terra; cuius loco in Targum extat: וְאַתְּחִילָה & corrupta fuit terra.

§. XXXV. Perpetuitatem ergo regni Israēlitici per Messiam restaurandi, qvā à ceteris quatuor Monarchiis distingvatur, hāc propositione asseri, eandemq; duobus fundari scribit, DEI scilicet protectione, & Israēlis renovatione, qvæ duo repetitione illâ innuantur, qvando nec potestas auferenda, nec regnum corruptendum dicitur. Qvam ad rem denuò philologia luâ abutitur, & in Targumicam verbi significationem, qvam Gen. VI, 11. obtinet, inqvirit, eamq; huc applicat. Sed leve illud, majoris momenti est

est perversio testimoniorum Propheticorum, quæ in subsidium vocat. Animadvertisimus tamen (1.) *in genere*, non aliena fore hæc testimonia ad illustrationem textū nostri, modò ipse de veri Mesia regno dextrè exponatur, cùm singula de Ecclesiā Novi testamenti loquantur. At cùm Abarbanel textum ad Utopicum quoddam regnum detorqeat, non potest non hæc Prophetarum Oracula simul perversè eò trahere. (2.) Eadem hæc vaticinia, diverso scopo sollicitatam quatuor priora Iesa. LII, 1. Cap. LXVI, 17. Cap. LXII, 8. & Ezech. XXXVI, 15. ad probandam divinam protectionem; ultimum Ier. XXXI, 31. seqq. ad confirmandam renovationem Israëlis adhibet. Neutrū malè, si hypothesis valeret; Nunc quoniam initio illa destruta est, nec male hæc testimonia sic in Judæos retorqueri possunt. Nam (3.) quod *in specie* locum Iesa. LII, 1. concernit, agit is de Zione & Jerosolymâ spirituali, sive, ut verbis Hieronymi lib. XIV. Comm. in Iesa. Tom. V. f. 190. efferamus: *Omnia, quæ promittuntur Sion & Hierusalem, non ut Judæi somniant, ad lapides illius, & cineres favillasq. dicuntur, ut instauretur in pristinum statum; sed ad populum Hierusalem.* — Eadem & de Ecclesiâ possumus dicere, quæ visio pacis & specula. — Sanctitatis ei & continentiae præmia promittuntur, ut nequaquam per eam transeat incircumcisus & immundus. Quod non ad carnis concisionem atq. preputium, sed ad operum immundiciam sive mundiciam referri potest, ut incircumcisos & immundos vocemus, qui corporis voluptati & libidini servint. (4.) In altero loco Iesa. LXVI, 17. tantum abest, ut Mohammedani per Sanctificantes & purificantes se, & Christiani per suillam, abominationem & murem comedentes intelligentur, ut potius ipsorummet Judæorum sit descriptio. Loquitur iterum pro nobis idem Hieronymus lib. XIX. in Iesa. Tom. V. f. 256. Arguit, inquit, sermo divinus populos Judæorum, imò Scribas & Pharisæos, quos & Dominus arguebat dicens: *Vos estis qui justificatis vosmet ipsos corā hominibus, &c.* quæ quidem semet sanctificantum & mundantium paraphrasis pluribus ibi est à Beato Stridonensium Patre protracta; de comedentibus autem suillam & abominationem, mox addit: *Qui hæc opera faciunt, recensuerat enim peccata, quæ sub auspiciis N. T. inter Judæos grassari cœperunt* voluntate & sceleribus, cum his sunt, qui carnem suillam comedunt, & omnia quæ lege prohibentur, & murem, quem nos glirem vocamus, vel iuxta Orientis provincias μυόξες. Et illi igitur,

qui

35.

36.

3

39.

q̄bi hec comedunt, & hi q̄bi exercentes omnem turpitudinem, talia agunt, q̄b.e & ethnici forte non faciunt, consumentur. (5.) Ad locum Iesa. LXII, 8. audi emus denuo laudatum Presbyterum lib. XVII, fol. 234. Hec de futurā, inquit, in regno cælorum accipimus beatitudine; vel certe ecclesiæ in toto orbe diuisas intelligimus, in q̄bi bus plantati, postea in domo domini florebimus. (6.) Pari modo ad locum, Ezech. XXXVI, 15. commentatur lib. XI. in Ezech. Tom. V. fol. 507. vanas esse Judæorum fabulas de gemmatâ & aureâ, quam expectant, Jerosolymâ, monetq̄ve ad spiritualem intelligentiam transeundum, juxta quam & extrebas partes Jesaie interpretatus sit. De Ecclesiâ igitur JESU CHRISTI exponit, liberandâ olim à gentium ignominia & populorum probro, h.e. ut ipse loquitur, à pressuris, q̄b.alis sub Diocletiano & Maximiano in toto orbe persecutio fuit, per quam proscriptæ sunt ecclesiæ atq; vastatae; quando subfannaberunt ecclesiæ omnes gentilium & hereticorum gentes per circuitum &c. (7.) Hanc Vaticiniorum istorum interpretationem ex Hieronymo producimus, non quod speremus ullum Rabbinorum ejus autoritate, quam versantur, convinci posse; sed ut fontes aperiamus responsionum. Sufficiat enim, verum sensum וְאֶתְעָנֵבְנִים Judaicis opposuisse, cuius vindicia cum prolixiores, tūm paulo ab instituto nostro remotiores forent. Si tamen ullus prophetæ locus ex allegatis diligentij consideratione dignus, ingens certe operæ pretium esset, (8.) Vaticinium Ierem. XXXI, 31. seqq. de novo fœdere, quod nobis in Abarbanelis discursu expendendum supereft, & pro futurā, quam sperant, Judæorum renovatione urgetur, attentiū contemplari; sed iſt hanc provinciā pridem occupavit Celeberimus Dn. Jo. Frischmuthius, editis in Academiâ Jenensi ante octennium binis de eo Disputationibus anti-Rabbinicis, ad quas Lectorem remittimus, in portu jam feliciter consistentes.

§. XXXVI. R. Abarbanel, cum ista omnia sic, uti fideliter eum transcripsimus, absolvisset, concludit tandem his verbis: חַי לְרַפּוֹשׁ הַמְּרָאָן בְּכָל־
הַרְבָּיָה עַד בְּרוּתָה: En! tibi Commentarium in hanc visionem quo ad omnes
partes clarissimè concinnatum! veriora forte locuturus, si pro ^{clari-}
^{simè (quod & pro virili sonare potest) inserta unicā literā scripsisset} עַד בְּרוּתָה
i.e. stolidissimè. Qvanquam enim ingenium minime stupidum hoc commentario
prodidit; revera tamen in ipsum quadrat illud Apostoli ex Iesa. XXXIII, 18. ac-
commodatum: ubi sapiens? ubi scriba? ubi disputator hujus seculi? שׂא-
לְמִשְׁׁכְּנֵבְנִים ο Θεος την σοφίαν Σ κοσμος τετράς; nonne infatuavit DEUS Sapienti-
am mundi hujus? 1. Cor. I, 20. Nos in simplicitate fidei meritò divinam Ve-
ritatem semel agnitam firmiter tenemus, utique illa nobis propria
& perpetua maneat, gratiam DEI optimi Maxi-
mi devotissimè imploramus.

תוש'לבע





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn788375997/phys_0069](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn788375997/phys_0069)

DFG





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
rosdok/ppn788375997/phys_0072](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn788375997/phys_0072)

DFG



odam aut dignitate laborum, sed ex libero Dei
ratia dependentes, quippe qui sua dona in san-
oronare solet teste B. Huttero. Quemadmo-
n caelum pellucidum fulgorem suum accipit a
uscumque magnitudinis, omnes vero stellae ab
mque sole aliae maiorem aliae minorem: §τω
ναις ταν γενεων ex Cor. XV, 42. Omnes et sin-
dolentes tum docti modo maiorem modo mi-
bituri corporum gloriam.

§. XV.

in re vero *aetū* consistat ista beatorum gloria
praemii loco exspectanda, id indicandum est,
in nostra quidem potestate erit positum. Ver-
NERALI יְהִירָה splendebunt, exprimitur
torum gloria, quae tamen SPECIALI com-
ingulatim effertur. Ex quo efficitur, vnam eam
ebeatificam fruitionem beatis omnibus et singulis
fendam, quae dicitur praemium essentialie; acci-
ro praemium non ita, quod est splendor et in-
m et informantum ad iustitiam cum respectu
um animae gradu differens. Qui enim in hac
ni nostri Saluatoris honorem vndique promouerint,
omnemque mouerint lapidem, quo ma-
a Christi aedificetur atque augeatur: in primis
doctrinam Euangeli puriore longe lateque
e omnibus modis iisque licitis conati, diffemi-
trinam contra aduersarios strenue defenderint,
m propterea perpepsi; hi, inquam, maiorem
riam, honorem, claritatem et pulchritudinem
uri, quam quidem isti, qui nihil penitus pro-
gelium eiusque veritatem peregerunt neque
sustinuerunt, habebunt. Sic alia erit claritas
rum, Prophetarum, Apostolorum, alia marty-
rum,

C 2

rum,